
Laude verse sobre esta materia tomo 25 fol. 100



QVÆSTIO DISPVTATA AB INSTANTIA CAPITVLI CARTHAginiensis.

32

VTRVM CLERICI TENEANTVR SOLVERE TRIBVTVM QVOD HISPANE SISA APPELLATVR, PROCONFICIENDIS, VEL REPArandis pontibus, fontibus, vijs, muris, & alijs huiusmodi necessitatibus, quæ Magistratus, siue Rectores sæpe imponunt, super carnibus, & alijs huiusmodi alimentis, etiam adepta facultate regia.



PRO PARTE AFFIRMATIVA, SCILICET quod teneantur soluere, extant vrgentissima argumenta, precipue de sumpta ex iure ciuili tam: imperiali, quam huius regni, & ex grauissimorum Doctorum sententijs.

Primum ex Iure ciuili C. de sacro sanctis Ecclesijs. titu. 5. l. ad instructiones, quæ sic habet, *Ad instructiones itinerum, pontiumque, etiam diuinas, domos & venerabiles Ecclesias tam laudabili titul. libenter adscribimus quia non est inter sordida munera numeratum.*

Item ex l. placet eodem titul. in qua Ecclesiæ tantum decernuntur immunes à sordidis muneribus, & extraordinarijs, non tamen a sarcinis, vel vehẽdis rebus Regum, quando faciunt iter.

Item

Item in authentico de ecclesiasticis titulis,&' priuileg. titul. 7. collatione nona in prohem. §. ad hæc sancimus, quæ sic habet. *Ad hac sancimus omnium sanctarum Ecclesiarum, & omnium venerabilium domorum possessiones nec sordidas functiones, nec extraordinarias descriptiones substinere, tamen itineris sternendi, aut pontium edificij, vel reparationis si opus fuerit ad instar aliorumpossessorum, huiusmodi opus & sanctas Ecclesias, venerabiles domos complere, dum sub illa posside nt ciuitate, sub qua tale fit opus.*

Si ergo in prædictis legibus Ecclesiæ non sunt liberæ ab huiusmodi tributis soluendis, multóminus erunt Clerici;

Idem probatur ex l. ad portus. C. de operibus publicis lib. 8. quæ sic habet; *Ad portus, & aquæ ductus, & murorum instaurationem, siue extructionem omnes certa tim facta operarum collatione instare debent, nec aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis, priuilegijs excusari.*

Ex l. absit. C. priuilegijs domus Augustæ; vel rei priuatæ quæ sic habet, *Absit, vt nos instructiones via publica, & pontium stratarumq́, opera titulis maiorum Principum dedicata, inter sordida munera; numeremus igitur;* Ad instructionem, reparationesque itinerum, pontiumque, nullumgenus hominum; nulliusque dignitatis, ac venerationis meritis cessare oportet, domo, etiam diuinas tam laudabili tit. libentér adscribimus. ita lex.

Item ex l. hac prouidentissima. C. quibus muneribus vel præstatio, nemini liceat se excusare, l. 10. quæ sic habet: *Hac prouidentissima lege statuimus, omni excusatione cesante nullaq́, personali dignitate penitus excepto, in quibuscunque locis administrationi sublimitatis tua comissis opus exegerit murorum constructionem, seu comparationem frumenti, aliarumq́. spetierum sine vllo impedimento prout commodum atque necessarium, magnitudo tua prespexerit fieri.* Glosa tamen dicit hoc munus esse sordidum vnde forté Ecclesia, excusatur, vt in l. placet. C. de sacro sanctis Ecclesijs.

Idem constat ex ll. Partitarum titulo. 6. Par. 1. De los Clerigos l. 54. donde dize. *Mostradas son cumplidamente en las leyes antes desta, las franquezas que han los Clerigos, por razon de la Clerezia, pero alguuas cosas ay, en que tobo par bien Sancta Iglesia que no se pudiessen excusar de ayudar los Clerigos a los legos; assi como en las puentes que fazen nueuamente en los lugares do son menester, para procomunal de todos. E otro si en guardar las que son fechas como se mantengan, è se non pierdan, ca en estas cosas tenudos son de ayudar a los legos; è de pagar cada vno dellos assi como los otros vezinos legos esso mismo deuen facer en las calzadas, de los grandes caminos, o; de las otras carreras, que sō comunales*, y añade, *E para esto facer no les deben apremiar los legos, mas de de dezirles que lo fagan, è si ellos no lo quisieren fazer, han de mostrarlo a los Perlados, que gelo fagan fazer, è ellos son tenudos en todas maneras degelo mandar complir, porque son obras buenas y de piedad.*

Idem Partita 3. l. 20. tit. 32. Adonde declarando la ley las obligaciones que tienē las Villas, y lugaresde cōseruar sus muros, y Castillos dize q̄ lo deuen hazer de sus proprios, y no los teniendo, deuen de pagar las costas necessarias los vezinos de los tales lugares, por repartimiento, de la cantidad que les cupiere, *Del qual* (dize) *non se pueden escusar Caualleros, nin Clerigos, nin viudas nin*

das nin

das nin huerfanos, nin ninguno otro qualquier, por priuilegio que tenga. Y da la razõ *Ca pues la pro destas labores perteneze comunalmente a todos, guisado, è derecho es que cada vno fagay aquella ayuda que pudiere.*

Idem constat ex ll. nouæ recopilationis lib.1.tit.3.l.11. que dize ansi. *Esentos deuen ser los Sacerdotes, y ministros de la santa Iglesia, de todo tributo segun derecho. y por esto ordenamos, y mandamos que en quanto enlos pedidos de que nos entendemos seruir, y en otros pedidos de qualquier otra qualidad, los Clerigos sean libres de contribuir, y pechar con los Cõcejos. Pero que en los pechs que son para bien comun de todos assi como para reparo de muro, o de calçada, o de carrera, o de puente, de fuente, o de compra de termino, o en otra cosa que se haga para velar, y guardar, la Villa, y su termino en tiempo de menester, que en estas casas tales, afallecimiento de propios, de cõcejo deben contribuir, y ayudar los dichos Clerigos: por quanto es pro comunal de todos y obra de piedad, &c.*

Et ex l.12. quæ sic habet. *Si en algunos lugares de nuestros Reynos fuere ordenado q̃ se guarden los panes, y las viñas y los otros fructos, de las heredades comunes del pueblo, y fueren hallados, que hazen daño las bestias y ganados de los Clerigos, è otros, si fuere ordenado que todos paguen por las heredades que tuuieren assi legos como clerigos, en adobo de los arroyos e de pressas, ò calçadas, ò de fuente, o de puente, por excusar de daños las heredades, y en las guardas de las dichas heredades mandamos que en razon de pagar las penas, y lo que assi fuere ordenado, que todos assi clerigos, como legos lo paguen assi mismo pro rata lo que les cupiere, y mandamos que las prendas se cobren, assi dellos como de los otros.*

Item videtur probari ex iure canonico ex c. de immunitate, Ecclesiarum, vbi decernitur quod nullus excusetur murorum vigilijs per nostræ, vel Ecclesiæ suæ nomen sed omnes ad hoc generaliter compellantur quatenus cunctis vigilantibus melius valeat ciuitatis custodia procurari. Quod si Clerici tenentur vigilare pro murorum custodia (quod munus personale est) multo melius tenebuntur tributa soluere propter predictas necessitates. Et 11.q.1. c. si tributum ex Diuo Ambrosio sic asserentes: *Si tributum petit Imperator non negamus, agri Ecclesiæ soluunt tributum &c. quod si agri Ecclesiæ soluunt tributum, multo magis Clerici: precipue in predictis necessitatibus.*

Item 23.q.8.c. tributum quod est Vrbani Papæ, vbi in fine dicit: *Quia de exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum antiquitus est pro pace, & quiete, qua nos tueri & defensare debent, Imperatoribus per soluendum est.*

Idem tenet glosa in c. *Non minus* de immunitates Ecclesiarũ verbo *releuandas.* Idẽ etiã tenent multi graues Iures consulti, eãq; tenet, late probat, & sequitur Lucas de Penna in l. cũ ad felicissimã. C. *quib⁹ munerib⁹, vel prestatio nemini &c.* l.10. col.1. ver. sed an hodie teneatur Eccla. subire munera, vbi hãc opinionẽ ꝓbat, & teneri Clericos ad prædicta onera subeũda, absq; eo ꝙ Papæ cõsulatr

Eãdẽ tenet & sequitur Auiles. c.23. per torũ in glosa dẽ ordẽ per totam, vbi. n.4. multos refert auctores huius opinionis, & Rebufus 1. tom. in cõstituciones regias Galiæ tit. de sent. prouisionali, ar.3. glo.6. ꝑ totã Pragmaticã fo. 288. vbi postquã retulit opinionẽ Abbatis cõs.3. asserit quod cõmuniter doctores tenent cõtra glosam, in l. ad instructiones dicentes esse correctã, & alios refert tenẽtes, Eclesiã & Clericos teneri cõtribuere pro reparatione murorũ, & similiũ & fortificatione ciuitatis tãdẽ cõcludit, quod quãuis verum sit quod

Clerici pro se allegant legem imperatoriam non posse obligare vt in c. *Ecclesia* de costit. De consuetudine tamen ad id cogi Ecclesiā, & clericos duobus interuenientibus, primo quod refectio fiat propter necessitatem & nō tantum ad decus & ornamentum vrbium quia Cleri iubabuntur pontibus, & illis muris, & itineribus sicut laici, ex quo tale conficit argumentum, iuri naturæ cōsonū est, vt idē patiatur incōmoda quē sequūtur cōmoda, vt in l. secundū naturā ff. de regulis iuris, sed ex rebus propter quæ talia tributa imponūtur Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ cōmodū recipiūt, vt cōstat quia est cōmunis necessitas aut vtilitas, ergo debēt etiam pati incōmodum tributorum, & in hoc conuenit cum dicto Rebufo, Auiles loco citato. nu. 4. ad finem & Petrus Dueñas in regula 100. limitatione 16.

Secundo requiritur ex oppinione dicti Rebufi quod Ecclesia posideat res tēporales in loco vbi imponuntur talia tributa & addit quod sic fuerunt cōdēnati sepissime Clerici, & capitula Ecclesiarū, à Senatu Parisiēsi, & refert plures sentētias. nu. 6. latas super hoc in eodē Senatu, & ideo n. 7. asserit sētētiā iudicis regalis super refectione pōtiū, vel itinerū publicorū, esse executoriā siue iudex cōdēnauerit aliquos ad reficiendū, siue addādā pecuniā propōte, vel itinere publico reficiēdo &c. quia pecunia omnes res æstimātur, vt in l. *Si ita* 1. ff. de fideiusoribus, & nu. 2. tenet. quod hæc sentētia executioni mandabitur, non obstante appellatione quia in his regulariter est periculum in mora argum legis de pupillo §. *Siquis riuos* ff. de noui operis nuntiat. & in rubrica ff. de itinere actuque priuat.

Limitat tñ idē Rebufus d. n. 7. quòd prædicta intelligātur quādo est frequens transitus, per prædicta itinera publica, quia quando non est, non teneantur soluere vt etiam tenuit glosa in d. l. *Ad instructiones*, & sic tenet prædictus Rebufus iudices regios, & Senatum ipsum esse cōpetentes iudices aduersus Clericos, & Eclesias indictis casibus, in quo videtur fauere eidem opinioni Auiles loco citato n. 11. existimans quod si Episcupus nolet iubere Clericis vt in talibus cōtribuāt Rex debet adiri, vt ipse præcipiat Ēpo iubere clericis talem contributionem, quod si nolet procedat Rex contra eum quia Ēps sub Rege est iuxta glosā in c. *tributum* 23. q. 8. quod ibidē probat aliquib⁹ similib⁹

Itē Nicolaus Balbi in consilio quod sequitur post decisionē 68, Pedemōtanā n. 28. & sequētibus, tenet quod licet in casibus, in quibus Ecclesia tenetur cōtribuere, in oneribus cū laicis, nō possit adstringi, ad id per seculares potestates, vel magistratus. vt in c. *Non minus*, & c. *Aduersus* de immunitate, Ecclesiarum & Clarius in c. 1. & c. Clericis eod. ti. lib. 6. & Clem. 1. eod. tit. nec etiam per Imperatorē aut Regē vel laicū Principē sed seruari debeat forma dictorū capitū, tñ ista nō passim & omni casu procedūt, sed plerūq; cessāt, nā quādo emergūt onera cōcernētia directo, & principaliter necessitatē, & vtilitatē Ecclesiarū, & laicorū & eo casu res celeritatem exigit, & periculū est in mora tūc receditur à regulis iuris cōmunis, vt in l. 1. cū ibi notatis ff. de dāno infecto, nisi enim ciuitas, celeri satisfactione, militibus prouideret, illi perirent, bona quod ciuiū diriperētur dū Prælatus cōsulitur, sicq; licitū erit propter iuris formā cōtributiones etiā ab Ecclesiasticis festinātur exigere quia in his extraordinarijs, & exorbitantibus oneribus, ordinē non seruare ordo est, & ideo sentit, & tenet expresse dicto authētico posse seculares iudices, in hoc

casu conc

casu compelere Clericos ad talem contributionem necessariam, per subtractionē redditū, & tandē n.39. inquit quod prædicta cōclusio scilicet, quod nō possint Clerici adstringi per seculares potestates ad soluenda tributa, nō procedit per solitā obseruantiā, in contrariū expressā manifestāque toloren tiā Papæ & vniuersalis Ecclesiæ quia officiales laici, pro obtinendis contributionibus in huiusmodi oneribus ab Ecclesiasticis faciunt executionem in eorū bonis: & fructibus beneficiorū, & ex hoc censetur quædā tacita dispēsatio; sic faciēdi, & probat & defendit prædictā cōsuetudinē ꝙ non sit à iure reprobata per textū in c. *Clerici* de iuditijs, & in c. *ad nostram audientiam* de consuetudine, quia illa iura procedunt vbi esset sola consuetudo laicorū quod in hoc casu dicit secus esse, quia concurrit tolerantia Papæ & Ecclesiæ.

Itē Ludouicus Mexia in Pragmatica taxæ panis cōclusione 1. n. 60. & sequētib⁹ & cōclu. 5. n. 63. & sequētibus plurimos Doctores referēs, tenet cōtra Abbatē Clericos, & Ecclesias teneri omni iure etiā diuino, ad cōtribuēdū inhas publicas & cōumes necessitates, coactionē tū cōtra ipsos clericos in his casib⁹ iudici ecclesiastico reseruari nisi tā repētina fuerit necessitas quod Prælatus Ecclesiæ adiri nō posset, vel requisitus cogere viros ecclesiasticos recusaret aut plus debito diferret, nā tūc Clerici per potestatē secularē cogerēturteste Guillermo Benedicto quē refert & eius opinionē laté plurimis fūdamentis probat, & in c. 70. refert Scepolā in tractatu de seruitute rusticorū præd. tit. đ seruitute viæ q. 26. Clericos ecclesiasticasq, personas ꝑ secularē potestatē cogi posse reparare viā ante domū, & itineris pertinētia sua mādare facere suis expensis, dicens notandum esse in praxi.

1 Fūdamēta predicti Mexiæ precipua sunt quæ seqūtur. Primū quia predicta tributa imponuntur, propter vtilitatē publicā, & necessitatē cōmunē, vt notat Bartolus in l. *Nullus*. C. de cursu publico lib. 12. & auctores canonistæ post glossam in c. *Non minus* de immunitate Ecclesiarum.

Cum ergo de huiusmodi impositionibus Sisarū & aliorū tributorū aut (vt potius loquar) de rebus propter quas imponūtur Ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ vtilitatē capiātiustū est vt ad id teneātr, ne ipsi aliēa iubēturiactura, arg. legis *Cum oportet* in primo C. de bonis que li. & l. *Nam hoc natura* ff. de cōditionibus in debiti & notat Mēchaca in c. 6. n. 4. lib. cōtrouersiarū vsu frequētiū quidquid velint auctores in cōtrariū, quorū opinio potest procedere quādo talis esset necessitas, quæ nō esset vt ista quæ imminere ecclesijs, & ecclesiasticis personis, & per potestates seculares imponeretur.

2 Secūdo idē probat n. 61. ex ll. huius Regni à nobis supra citatis approbat que opinionē Menchacæ li. 1. cōtrouersiarū illustriū c. 5. asserētis suspectum esse quod Philipp⁹ (de cuis tenet, in c. *Ecclesiæ Sanctæ Mariæ* n. 24) & plures alij auctores quos ibidē refert, quod ad instructionē pōtiū, & murorū, ac viarū publicarū Clerici nō teneātur contribuere, vbi refert opinionem Lucæ de Pēna, & aliorum pluriū Auctorum contrarium tenentium.

Tenet tamen num. 64. dictæ cōclusionis 5. se ipsum referēs cōclusione 1. n. 60 & reliquis sequētibus, quod coactio Clericorū ad huiusmodi tributa soluēda debet reseruari iudici ecclesiastico. Quod tū intelligendū est nisi tā repētina fuerit necessitas quod nō posset adiri Prælatus Ecclesiæ vel requisitus coge

 re viro

re viros ecclesiasticos recusaret,autplus debito differret nam tūcClerici per potestatem secularem congerētur teste Guilielmo Benedicto decissio.5.nu. 470.vsque ad numerū 476. cum excuset intalibus vrgens necessitas & facile summi numinis speretur venia vbi multorum salus,&in columitas procuratur l. *Prouintiarum præsides*. C.de ferijs.

Tertio leges Ciuiles,quæ fundantur in iure naturali,obligant omnes tam Clericos,quam seculares sed leges de soluendis predictis tributis fundantur in iure naturali:ergo omnes etiamClericos obligant.Maior est manifesta,quia ius naturæ omnes obligat.Minor probaturquia prædictæll,sunt statutæ propter publicam vtilitatem,& necessitatem:& iure naturæ constat, vt quisentit commodum, damnum etiam sentire teneatur Sed ex rebus illis propter quas imponunturprædicta tributa,quales sunt ædificatio,seu reparatio pontium,fontium,viarum,& murorumClerici omnes vtilitatem capiunt, ergo tenentur soluere talia tributa.

Quod si obijcias Bartulum in l. *cunctos populos*, asserentem statutum quod imperiose sit factum,& sub specie, & auctoritate quadam iurisdictionis,Clericos non comprehendere quæ quidem fuit communis conclusio in d.c.Ecclesiæ Sanctæ Mariæ,respondet hæc omnia limitanda esse ex sententia Panormitani,in repetitione collumna 5. ante numerū 16. & Felini columna 15. ante numerum 41.vt non procedant quādo talis lex fundatur in ratione natura li.quia tunc comprehenditClericos& personas ecclesiasticas,nō quidem ratione ciuilis legis,& quatenus lata,est per potestatem secularem, sed ex vi rationis naturalis super qua fundatur vt tradunt aliqui auctores,quos ibidem refert n.36.& ita n.40.existimat huiusmodi li. obligare in conscientiaClericos,& personas ecclesiasticas.Multa que alia obijcit ibidem& numeris sequentibus quæ longum esset recenseri,legendus est quantum ad propositum attinet n.47.& 48. & 53.

4 Quarto n.54.ita arguit quia omnes ll.ciuiles quæ circa res humanas, caducas & terrenas disponunt Clericos obligant,non secus quā laicos,nisi in casibus quibus per ll.canonicas specialiter derogantur,vt probatur in c.1.& 2. & glosis eorūdem & ibidem per Doctores de noui operis nuntiatione & est communis opinio in c. 1, de constit.secundumMenchacensem in §.10.n.78 de successionum resolutioneNam licetClerici à iurisdictione laicorum& sic a legibus iurisciuilis videantur exempti,nontn̄ Hispani quia non minus exēpti sunt ab illis legibusHispani,&Galli,quamClerici quia tantum illas receperunt veluti hospitio. Eisdem etiam obligantur gl. inc *Adrianus* 63. distinctione quia illis veluti nostris iamfactis nos sponte subiecimus &gubernamur in illis casibus in quibus per ll. nostras non sunt derogatæ,admod ū quo Romani non erant suditi legibus Atheniensium vtebantur tn̄ illis,veluti hospitio receptis,vt constat exl.2.ff.de origine iuris.Ergo ad eundem modū Clerici subduntur legibusRomanis,nec nō huius Regni in casibus inquibus enim est derogatū per ius canonicū,prout contingit,in casu huius disputationis.

Quinto idem probat n.55.quia in primitiua EcclesiaClerici& eorum res subdebantur iurisdictioni Reguum & Imperatorum vt constat ex multis Imperatorum

ratorum etiā Christianorū legibus tā de ipsis personis quā de rebus ecclesiasticis latis quæ cōtinētur sub titulis C. de sacro sanctis Ecclesijs & C. de Epis & Clericis & C. de Episcopali audiētia: maxime in nouella cōstitutione 83. *vt Clerici apud propri os Episcopos &c.* Vbi Iustinianus ad supplicationem Epi Cōstātinopolitani dedit Clericis priuilegiū fori in ciuilibus tātū, & hoc Epo nō impedito. In criminalibus autē reliquit eos sub iudice seculari quod etiā cōfirmat ex Paulo qui cum videret causam suam iniquē tractari ad Cæsarē apellauit, tāquā ab eo iudicādus Actorū 25. c. & ex eodē Paulo ad Romanos 13. asserēte, ōnis anima potestatib⁹ sublimiorib⁹ subdita sit, Quo in loco Chrisostomus ad notauit illic obedētiā in iūgi omnibus, etiā si quis Euāgelista sit aut Propheta, cū ista subiectio pietatē minimē subuertat sed Paulus d. loco tractat de potestatibus secularibus, vt ex eo constat Ergo.

Itē Petri 1. c. 2. dicitur *Sub diti estote dominis vestris siue Regi, siue Ducibus ab eo missis* quod refertur c. *Magnum* 11. q. 1.

6 Sexto quia ante ius canonicū erā ll. ciuiles quibus necessario Clerici sub debātur, quia nō erāt aliæ quibus gubernari possent, ergo semper illis subdūtur, nisi in casibus exceptis a iure canonico ergo & modo illis subduntur. Cōsequentiam probo quia ll. ciuiles generaliter fuerunt approbatæ à Summis Pontificibus, nisi in casibus in qubus, vel contrarium vel diuersum, per nouum ius statuerunt. ergo cum fuerint receptæ obligant, non secus ac si fuissent ab illis primo institutæ. Quod ita tenet Menechacensis annotatione in capitulum quintum numer. 9. libr. 1. controuersiarum vsu frequentium, immo esse communem opinionem testatur Didacus a Castella, super legem primarum Tauri.

Ex quo etiam sequitur quod prædictæ ll. fuerunt approbatæ à iure Canonico, ac per consequens, vim habeant obligandi Clericos. An vero eam habeant ab Imperatoribus, an ab ipsis Pontificibus, dubitari potest; ipse tamen Mexia numer. 57. super quintam conclusionem vim habere affirmat ab ipsis Pontificibus ex predicta approbatione vt cōstat ex toto titul. de confirmatione vtili vel inutil. lex enim ciuilis quando est iusta & rationabilis cēsetur etiam approbata per Papam; vt notatur in c. 1. de noui operis nuntiatione & in c. *Ecclesia vt lite pendente*. vt patet de legibus concernentibus solemnitatem testamentorum quæ etiam obseruantur in testamentis Clericorum. Patet etiam de legibus huius Regni prohibentibus arma portare. Quæ Clericos etiā obligant quibus ex poliari possunt a iudice seculari, & eius ministris, absque vllo metu excommunicationis, neque compelli potest iudex secularis, a iudice Ecclesiastico, ad illa restituendum Clerico: quia licet iudex secularis non possit Clericum punire portantem arma prohibita: quia hoc debet fieri a iudice Ecclesiastico, non tamen tenetur restituere arma prohibita, quibus armatus est de prehensus, & hoc, non alia de causa nisi quia huiusmodi leges approbatæ sunt a Summo Pontifice tanquam vtiles & conuenientes reipublicæ.

6 Tandē septimo num. 70. affirmat Clericos Ecclesiasticasque personas posse

 cogi, per

cogi,per seculare potestatẽ ad reparandã viã ante suã domũ,& mũdare suis expensis:sua pertinentia itineris,vt tenet Bartolomeus Cepola, in tractatu de seruitutibus rusticorum prædiorum tit. de seruitute viæ qu.26.

Pro eadẽ etiã sententia adduciturmodernus quidãOlanus litera c.n.38.dicens quod secũdũ GregoriũLupũ iure nouo per legẽ 11.li.1.nouæ recopilationis Clerici corã iudicibus laicis conueniuntur,licet d.lx.sibi id non probet, nã licet dicat quod contribuere tenẽtur,non declarat per quos iudices sunt cõpellendi nihilominus tñ(inquit) se vsu receptã videre opinionẽ Gregorij, *Nescio*(inquit)*Quo iure aut ratione nisi ad eas quæ deClerico herede laici corã iudice seculari cõuento,supra dictas recurras*. Hæc ille,vt refert Ioannes Gutierrez loco citato,& hi tenent in epilogo legũ Partitarũ n.3.per cõtrariũ vsũ,esse correctã iã dictã legẽ 54.tit.6.p.1.dũ probatlaicos nõ posse cogere Clericos ad prædictã contributionẽ faciẽdã,sedEpiscupũ,*Nam hodie*(inquit) *ille etiam Clerici conueniuntur corã iudicibus secularibus Et per eosdem compelluntur ad eorum solutionem.*

TamẽGregoriusLopez ab eo allegatus,hoc minime dicit quin immo in l.51.tt. 6.Partita 1.in glosa *Pechar* cõtrariũ probat:dicẽs,non esse ad hoc cõueniẽdos Clericos,per iudicem secularẽ,sed sdũ iudicem ecclesiasticũ,secundum Innocentiũ in d.c.*Non minus*, &c.

Sed AEgidius Thomanus in lib.de muneribus,& collectis incipiẽte,*videdũ nũc est.* columna 242.cũ seqũetibus adducit quinq.rationes,quare cõueniri possintClericos velEclesiæ super huiusmodi oneribus,realibus coram iudice seculari,&inter eas elegantẽ textũ in c. *Sicut enim* vers.ex his 11.q.1.vbi quod in ciuilibus causis,Clericus ante ciuilẽ iudicẽ cõueniẽdus est,& ibidẽ n.5.affirmat esse hãc iuris probatissimã sentẽtiã quod possit corã iudice seculari conueniri:posseq;tã principẽ secnlarẽ,quã vniuersitatem quibus hæc tributa ratione,& in tuitu rerũ,debentur sibi ipsis satisfacere,capiendo de bonis & fructibusClericorũ. Tãdẽ dictã legẽ *Ad instructiones* correctam non esse per dictũ c.*Non minus* testatur esse cõmunẽ oppinionẽ Ripa.in tit.de remedio præseruatiuo contra pestem §.2.n.224.quẽ refert Doctor Quesada li. 1.Quæstionũ iuris q.4.n.15.qui n.precedẽti,retuleratdictũ Aegidiũ Thomanũ,& prædictas sequi videtur.

Negatiua Sententia

Oppositã tñ sententiã tenent grauissimi Auctores glosa in c. *Generaliter* §.*Nonarum* verbo *collationibus* in fine 16.q.1. dicẽs non ergo tenet lx. quæ dicit quod Clerici tenẽtur ad instructionẽ murorũ alias itinerũ vt C.de sacro sanctis Ecclesijs l. *Ad instructiones*.Abb.Panorm.eã latissime defendit in fauorem monasterij montis Olíueti,ciuitatis Senarũ cons.3.per totũ li.1.& alegat eãdem tenentes Ioãnem Andr.iuris canonici speculũ,& Bartholus iuris ciuilis illuminatorem,&Hostiensem,in summa tit.de immunitate Ecclesiarum §.*A quibus* vers.ad extraordinaria multosq,refert Auctores antiquos pro eadẽ sententia idemq.repetit ipse,in c.*Non minus*,n.18.vbi inserit prædictũsuũ cõsiliũ. Eãdẽ opinionẽ sequiturIasson in l.*placet* in prima lectura n.14.y17 & in 2.lect.n.20.C.de sacrosãctisEcclesijs,& postPaulũCastrẽsẽ,in d.l.*Ad instructionem*.Tenet etiã,GuidoPapæ decissione siueq.78 ad finẽ&Mõtaluo,in glosa ordinamẽti,in parte *Clerici exempti* colu.5.&Gregor.Lopez in l.si ti.6. partita.1.in glosa,*pechar*,&GasparStephanꝰin tractatude defẽs.immunitatis

Ecclſiæ pagina 108. vbi poſt alios infert Clericos compelli non poſſe, ad ſoluendam vulgo *siſſam* pro reparatione pontium, aut fontium; & ſimilium rerũ impoſitarũ, per cõmune ciuitatis, nõ præcedẽte licẽtia Papæ, & Doctor Ioannes Gutierrez. lib. 2. quæſtionum practicarum, circa ll. Hiſpaniæ nouæ recopilationis. in li. 5 li. 1. q. 3. circa l. vndecimã. tit. 3. li. 1. nouæ recopilationis, p totã quæſ. latiſsime, & ſatis bene, vbi ões prædictos refert.

Quæ quidẽ ſentẽtia apertiſsime probatur ex multis iuribus, & capitulis, tã iuris ciuilis, quã canonici, ſimulq. efficacibus rationibus, & primo, ex auth. Itẽ *Nulla communitas* C. de Epis & Clericis, li. 1. quæ quidẽ eſt noua cũſtitutio Federici Imperatoris, de ſtatu, & cõſuetudine cõtra libertatẽ Eccleſiæ collati. 10. quæ ſic habet: *Itẽ nulla cõmunitas, vel perſona publica, vel priuata; collectas, vel exactiones, angarias, vel per angarias Eccleſijs, vel alijs pijs locis aut eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere eccleſiaſtica bona præſumant, quod ſi fecerint & requiſiti ab Eccleſia vel imperio emẽdare cõtempſerint, triplum refundant, & nihilominus bona impertali ſubiaceant, quod abſque ſatisfactione debita nulla tenus remitatur.* Vbi ad marginẽ loco illius verbi, *cõmunitas* ſtat vocabulũ *poteſtas*, quod vniuerſalius eſt. Vbi notãda ſunt verba, *collectas, vel exactiones. angarias, vel per angarias* quibus cõprehendere videtur omne genus tributorũ. Ex quo etiã patet manifeſte corrigi legẽ ad inſtructiones ſupra dictã C. de ſacro Eccleſijs, in qua Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ obligãtur ad inſtructiones itinerũ, & põtiũ

Ad idem adducitur l. 2. C. de Epiſcopiſcopis & Clericis & eiuſdem gl. quæ ſic habet: *Omnis a Clericis in debitæ conuentionis iniuria, & iniquæ exactionis repellatur improbitas, nullaq; conuentio, ſit contra eos, munerum ſordidorum.* Vbi non tãtũ, Clerici ſed etiam coniugati clerici, & vxores & famuli eorum a prædictis tributis liberantur.

Idem ex iure canonico ex c. non minus de immunitate Eccleſi. de ſumpto ex Concilio Lateranẽſi ſub Alexãdro III. c. 19. in quo poſt quã deplorauit miſeriã & calamitatẽ Eccleſiarũ, propter temeritatẽ laicorũ qui tã eas quã Clericos grauabãt tributis, & exactionibus, volẽs tã Eccleſias, quã Clericos liberos eſſe ab omnibus tributis, & exactionibus, ſic decreuit. *Quo circa ſub anathematis diſtrictione fieri de cætero talia prohibemus niſi Epiſcopus & clerus tãtã neceſsitatem, vel vtilitatem aſpexerint, vt abſque vlla exactione, ad releuandas omnes vtilitates, vel neceſsitates vbi laicorum non ſuppetũt facultates ſubſidia per Eccleſias exiſtiment conferenda.* In quibus verbis, multa ſunt perpẽdẽda verba ex quibus hæc opinio aperté probatur & primo quod in hoc caput ſermo ſit de omnibus tributis, & exactionibus nõ tñ extraordinarijs (vt quidã dicũt) ſed etiã ordinarijs & alijs quibus antecedẽtibus, vbi referẽs dictũ caput tributa quæ Eccleſijs & Clericis imponebãtur dicit in hæc verba: *Siue quidẽ foſſata ſiue expeditiones, ſiue alia qualibet ſibi arbitrẽtur agẽda, de bonis Eccleſiarũ, & Clericorũ, & pauperũ Chriſti vſibus deputatis volũt ferecuncta cõpleri.* Ecce verbum *foſſata* quod expectat ad fortificationem, quæ res communis eſt, tam Clericis, quam laicis, & defenſionem ciuitatis. Nec non verbum: *expeditiones:* per quod videtur corrigere legem nullus penitus Codice. de curſu publico li. 12. quæ ſic habet. *Nullus penitus ac cuiuslibet ordinis ſeu dignitatis, vel ſacroſancta Eccleſia, vel domus regia, tempore expeditioni excuſationem angariarum*

seu per angariarum habeat.

Item notandum etiam verbum; *Alia quilibet*. Per quod omnia comprehendit tributa & non tantum extraordinaria.

Itē notanda sunt verba: *Episcupus & Clerus*. Quibus significatur, nec solus Episcupus, nec solus Clerus, sed vterq, debet cōuenire ad solutionē eorū, quæ viderint conuenire ad releuādas communes vtilitates vel necessitates, &c.

Item notandum est verbum, *Aspexerint*, quo significatur debere illis constare deprædictis communibus necessitatibus, vel, vtilitatibus.

Item notanda sunt verba *absque vlla exactione* vbi loco verbi *exactione* habetur in margine *coactione*, & ita habetur in c. *aduersus sequenti*, vbi hoc idem caput refertur, in quo significatur liberum esse omnino, & voluntarium Episcopo, & Clericis contribuere ad releuandas prædictas necessitates, quia nec exigi vult hui sumodi contributiones, nec cogi ad illas. Ex quo satis aperté de ducitur contra huius textus expræssam determinationem asserere illos, qui dicunt teneri Clericos ad huiusmodi contributiones, cogiq, posse ab Episcopo, aut (quod peius est) à iudice seculari.

Item notanda sunt verba *vbi laicorum non suppetunt facultates* quia suppetant, noluit concilium Ecclesias aut Clericos facere huiusmodi contributiones, ex quo de ducitur quod prius debet constare Episcopo & Clero de deficientibus facultatibus laicorum quam faciant huiusmodi contributiones.

Item est notandum verbum *subsidia* quia non tributum aut exactionem, sed fauorem, & voluntariam præstationem significat. Quod si obijcias verba illa, textus quod laici, onera sua feré vniuersa, imponunt Ecclesijs ex quibus videtur colligi textum loqui de tributis quæ propria suut laicorum nō de communibus vtriusque, quales sunt pōtium edeficatio, &c. Respondeo quod per verba illa tantum significatur quod onera sua, i d est, quæ debent esse sua, imponunt Ecclesijs qnia omnia debent esse sua, &c.

Tandem concludit textus apponens pœnam contrarium facientibus, dicens. *Si autem Consules, aut alij decætero ista commisserint, & commoniti desistere noluerint tam ipsi, quam fautores eorum, excommunicationi senouerint subiacere, nec communioni redantur donec satisfactionem fecerint competentem.*

Ex quibus satis constat, tam Consules, quam Magistratus, quam omnes alios seculares, cuius cunque status, & conditionis sint, si moniti non desistāt, ipso facto incurrere excomunicationem, àqua non sunt absoluendi donec satisfaciant, si huiusmodi tributa, vel sisas clericis imponunt.

Idem constat ex C. *Aduersus* eod. titul. desumpto ex Concilio Lateranensi, sub Innocentio 3. c. 46. vbi referens dictum c. *Non minus* illudq, confirmās, quia videbatur non satis esse ad prohibendas huiusmodi contributiones, & tributa, Clericis imposita, addidit aliā conditionē, scilicet, quod Romauus Pōtifex primo cōsulatur, cuius interest cōmunibus vtilitatibus prouidere, & vlterius pronūtiauit nullas esse costitutiones & sētētias, irritas, & innanes quæ a talibus, scilicet, imponētibus talia tributa velde ipsorū mā dato fuerint promulgatæ nullo vnquā tēpore Valiturū, in quo textu notanda sunt illa verba *Prædicti laici humiliter & deuote recipiāt cū gratiarū actione, subsidia, scilicet, per Ecclesias, & clericos cōferēda* In quibus satis apertē significatur nō teneri Ecclesias

nec

nec Clericos talia subsidia couferre, nam si tenerentur; nec laici deberent humiliter recipere, neque gratias referre, quod confirmat id quod supra diximus, meré voluntarium esse Clericis, & Ecclesijs talia subsidia conferre.

Item quia si tenerentur deberent cogi ad illa conferenda siue per Episcupum siue per illum Iudicem, quod manifesté prohibent predicta capita asserentia absque vlla coactione esse conferenda huiusmodi subsidia.

Item ex c. *Quamquam.* De censibus, & exactionibus lib. 6. quo postquam retulit iniquum vssum, & consuetudinem laicorum exigentium, Clericis, pro personis, aut rebus suis pedagia, & guidagia asserit iure diuino, & humano immunes esse à secularium personarum exactionibus, Ecclesias Ecclesiasticasq́, personas, & earũ res, renouãs constitutionem Alexandri Papæ. IIII. asserẽtis Ecclesias & personas Ecclesiasticas ad pedagia, & guidagia penitus non teneri, nec ad exibendum, vel soluendum tali, pro rebus quas nõ causa negotiationis deferũt, vel de ferri faciunt, prohibet sub excõmunicationis pæna cõtra personas particulares, cuiuscũque fuerint cõditionis. cõtra communitates vero, siue Collegia, sub interdicti pœna talia tributa à clericis, pro ipsis vel eorũ bonis exigi, aut extorqueri, vel suo nomine laicorũ vel alieno

Item in c. *Ecclesiæ sanctæ mariæ.* De constitut. lib. 1. Innocentius III. decernit, statuta generalia laicorum bona non extendi in earum præiuditium immo nec speciale statutũ, etiam si earum cõmodum, & fauorem concernat: Cuius verba initio capitis sic habent: *Nos attendentes quod laicis etiam religiosis, super Ecclesijs, & personis ecclesiasticis, nulla sit attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, à quibus, si quid motuproprio statatutum fuerit, quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum & fauorem, nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum.* Vnde statutum Basilij de non alienandis prædijs rusticis, vel vrbanis ministerijs, & ornamentis Ecclesiarũ illa reprobatũ fuit potissima ratione quód auctoritate non fuit Romani Pontificis roboratũ & vbi notandũ est, quod dictus Basilius erat Præfectus Vrbis Romæ ex quo c. satis constat ll. & statuta facta à Regibus secularibus, circa Ecclesias & ecclesiasticas personas, earumq́, bona irritas, & nullas esse ex defectu iurisdictionis, & ideo in residuo capitis reprobat statutum factũ à Senatore, in præiuditium cuiusdam monasterij vbi glosa in illa verba. *Ecclesijs, & personis Ecclesiosticis.* dicit eandẽ esse rationem, eodemq́, iure cẽseri debere bona Clericorũ & Ecclesiarũ, arg. c. vltimi de vita, & honest Clericorũ vbi clerici de diti secularibus negotiationibus, si tertio moniti nõ recipiscant Priuantur priuilegio clericali. Ecce pæna personæ propter bona.

Itẽ in c. 1. de immunitate Ecclesiarũ decernitur, potestates seculares ab Ecclesijs vel ecclesiasticis personis, talias, vel exactiones, ꝓ rebus vel possessionibus acquisitis, vel acquirendis exigere non presumant, nec eas cõpellant, ad ipsas distribuendum, vel extra manum suam ponen dum.

Item in Clẽm^a. presenti de cẽsibus, & exactionibus, qnod est vltimũ caput statuitur Epõs teneri cẽsuras publicare, & executioni mãdare, cõtra eos qui exigũt à Clericis pedagia, vel guidagia; quæ sic habet. *Præsenti constitutione iubemus, vt locorum diœcessani contrà eos qui ab Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis,*

clesiasticis, pro earum rebus proprijs, quas non negotiandi causa de ferũt, aut de ferri faciunt, vel trans mittunt pedagia, vel guidagia, suo vel alieno nomine, exigunt, vel extorquent, in animarum suarum periculum, & eorum, aquibus ea exigunt præiuditium, & grauamen, excommunicationis & interdicti sententias, a iudice prolatas, post quam de his ipsis constiterit, omnino publicent, vel a suis subditis, tam diu faciant publicari, donec illi, sic exacta, restituerint, & de trans gressione huiusmodi, satisfecerint competenter.

Idem etiam constat ex c. conuenior 23. quæst. 8. vbi late de immunitate Ecclesiarum, earumq́, bonornm.

Item 96. distinctione c. si *Imperator*, pro hibetur Imperatoribus nese intro mittant in disponendis rebus ecclesiasticis quia hoc pertinet ad Sacerdotes, & eorum superiores. Et infine capitis sic ait: *Imperatores Christiani subdere debent executiones suas, ecclesiasticis Præsulibus non preferre.* Idem in c. *Bene quidem* eadem distinctione & in c. *Nunquam*, & 11. quest. 1. per plura capita fere tota consumitur, Clericos non deberi iudicare per laicos, nec, ad tribunalia laicorum, deferri, sed tamen per iudices ecclesiasticos, in quo satis aperte significatur, Clericos, & ecclesiasticas personas, & eorum bona, omni no exemptos a iurisditione seculari.

Item in Concilio Lateranensi, sub Innocentio 3. c. 44. quod refertur tit. *De rebus Ecclesiæ non alienandis* c. cum laicis, vbi expræsse prohibetur laicos etiã religiosos, constitutiones aliquas condere, circa Ecclesias, aut res ecclesiasticas, illas que nullas esse nullus q́, valoris, & irritas declarat, & in Concilio Constantiensi ss. 19. c. *Cum in generaibus Concilijs precipitur Vicecansellario.* ex pedi Carolinam, sub bulla Sacri Concilij Constanciensis quæ quia non erat ad manum, non est illico expedita, posita tamen est adfinem eiusdem Consilij tomo. 3. Conciliorum, in qua referuntur priuilegia & statuta Imperatorum Friderici, & Caroli. 4. circa immunitatem Ecclesiarum, & per sonarum ecclesiasticarum, & eiusdem Concilij decreta, eademque Carolina, cum multis etiam decretis, circa immunitatem ecclesiasticam, refertur in appendice, ad concilium Basiliensi, tit. *Sub latori forma*, tomo .4. Conciliorum, & in Concilio prouinciali Coloniensi, celebrato anno. 1536. c. 20. de constitutionibus, & consuetudinibus, ecclesiasticis, quod sic habet, *Immunitas ecclesiastica, vetustissima res est iure paritur diuino ac humano introducta, quæ in duobus potissimum sita est, primum vt Clerici illorum q́, posessiones, & bona à vectigalibus & tributis, alijs q́, muneribus laicis libera sint.* Vbi notanda sunt verba. *Iure paritur diuino, ac humano introducta.* Et singula verba huius decreti, quæ omne genus tributorum comprehendit, & probat ex illo Genesis. 47. vbi Farao, & nomine eius Ioseph liberos reliquit Sacerdotes & eorum bona Deinde ne rei criminis ad Ecclesias confugientes, inde violentur, extrahantur, exceptis publicis latronibus, & alios quo excepit.

Expresse q́, ex communicantur imponentes talia tribnta, per bullam in cœna Domini, famctam a Sixto V. nume. 18. quæ quot annis legitur, & promulgatur, &

gatur & sic habet. *Quiue collectos, decimas, tallias, præstantias & alia onera, Clericis, Prælatis, & alijs personis ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum monasteriorum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis illorum fructibus, redditibus & prouentibus huiusmodi absque simili Romani Ponficis spetiali, & expressa licentia imponunt & diuersis etiam exquisitis modis, exigunt, aut sit imposita etiam a sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt nec non qui per se, vel alios directè, vel indirecte prædecta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, vel fauorem prestare non verentur cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis. ordinis conditiones, aut status, etiam si Imperiali out Regali prefulgeant dignitate, seu Principes Duces, Comites Barones, & alij Potentatibus, quicunque, etiam Regnis Prouintijs, ciuitatibus, & terris quoquo modo Præsidentes & Consiliarij & Senatores, aut quauis etiam pontificali dignitate insigniti, innouantes decreta super his, per sacros canone tam in Lateranensi nouissime celebrato, quam alijs conilijs generalibus.* Et ita etiam cum censuris, & pænis in eis contentis.

Eadem est sententia diui Thomæ, super epistolam ad Romanos. c. 13. lectione 1. in illa verba diui Pauli *Ideo enim tributa præstatis* &c. vbi postquam dedit rationem, propter quam tributa Regibus dantur scilicet, quod Reges, & principes Deo ministrant populumque in pace gubernant defendunque ab aliorum injurijs. Et hoc est, quod dicit Paulus *ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes.* Sed vnus quisque de suo ministerio viuere debet secundum illud 1. ad Chorinthios 9. *Quis pascit gregem & de lacte eius non edit?* Ideo que Paulus 2. ad Timotheum 2. asserit, *Obsecro, primum omnium fieri obsecrationes pro Regibus & omnibus qui in sublimitate; sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus.* Et Baruc. 1. *Orate pro vita Nabucdonosor Regis Babilonis, vt viuamus sub vmbra eius.* Ex quibus constat, precipuum munus Regis esse populum in pace gubernare statim subdit diuus Thomas, ab hoc tamen debito (scilicet, tributorum) liberi sunt Clerici, ex priuilegio Principum. Quod quidem equitatem naturalem habet: quod probat, exemplo Gentilium Genesis 47. vbi Ioseph subiecit Faraoni totam terram Aegipti, præter terram Sacerdotum quæ a Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria, ex horreis publicis, præbebantur & infra dicitur. Quod in vniuersa terra Aegipti quinta pars soluitur, absque terra Sacerdotali, quæ libera erat ab hac conditione. Et statim reddit rationem æquitatis naturalis, dicens, *Hoc antem ideo equum est quia sicut Reges solicitudinem habent, de bono publico, in bonis temporalibus ita ministri Dei in spiritualibus, & sic per hoc quod deo in spiritualibus ministrant recompensant Regi quod pro eorum pace laborat.*

Eandem sententiam tenet Gabriel in 4. distinctione 15. q. 5. §. quarta causa, quam probat ex aliquibus præcedentium cap. quod intelligendum dicit nisi talia tributa imponentes, specialem haberent licentiam a Papa nec sufficeret consuetudo, quia in dictis capitibus dicitur consuetudine quacūque non obstante, quæ potius corruptela dicenda est.

Sentitq. per ecclesiasticas personas debere intelligi omnes ordinatos ordine sacro nec non canonicos regulares, fratres mendicantes, ceterosque professos in religionibus approbatis, similiter & omnes conuersos, tria vota substantialia emitentes nec non sancti moniales vt habetur 27. q. 1. c. vt lex con

tinentiæ, item omnes nouitios talium Religionum, quamuis nō sint proprié religiosi, Item omnes Clericos in minoribus constitos, etiam prima tonsura, habitum clericalem gerentes, dummodo non sint coniugati, omnes enim tales gaudent priuilegio clericali, tam personali, quam reali. Personali quidem, quia inijcientes in eos manus violentas sunt excommunicati 17. quest. 4 c. *Siquis sua dente diabolo* Reali autem quia in causa ciuili vel criminali, non possunt conueniri coram iudice seculari.

Eandem sententiam tenet Siluester verbo *Ex cusatio 9*. dubio 2. numer. 13. & dubio 8. & verbo *gabella* 2. dubio etiam 2. numero. 7. & deinceps, verbo *immunitas* 1. dubio 4. numer. 16. & sequentibus vsque ad numerum 21. & præcipue numer. 20. vbi adducit predictos textus, nec non plures Auctores esseque communem opinionem Canonistarum, in c. fin. de vita, & honestate Clericorum, & in clementina presenti decensibus, asseritq, legem *ad instructiones*, & similes, quæ contrarium videntur statuere, non habere vim ad oppositum probandum.

Quod si obijcias cap. primu&, cum similibus de noui operis nuntiatione asserentibus, standum esse legibus, quando in canonibus contrarium non reperitur, non tamen est verum, inquit Siluester, quando lex imperialis Ecclesijs est damnosa, seu ecclesiasticis personis que tunc non tenent nisi specifice approbetur ab Ecclesia vt est communis opinio Doctorum in c. *Ecclesia Sancta Maria*. de constitutionibus, & in c. fin. de rebus Ecclesiæ non alienandis, & distinctione 10. c, *si in adiutorium*.

Eandem sententiam tenet Nauarro, in summa latina c. 17. tit. de peccatis, circa iura & tributa regia, & publica, vbi de plorat mundi calamitatem, cum videamus plures Principes seculares, plura tributa imponere, non tantum laicis sed etiam Clericis & ecclesiasticis personis non timentes sententiam excommunicationis impositam, tam in capitibus iuris canonici, citatis, quā in bulla Cœnæ Domini & (quod amplius est,) quod cum huiusmodi excommunicationes reseruatæ sunt Summis Pontificibus, omnes confessores eas absoluunt, ac si non essent reseruatæ. Ego tamen verius iudico, quod nec Principes, nec Magistratus, nec rectores, nec aliæ personæ incurrentes prædictas excommuni cationes, huiusmodi peccata confitentur quæ annexam habeant excommuicationem. Miratur etiam quod Episcopi in terris, vbi hæc tributa imponuntur, & exiguntur non denuntient tanquam excōmunicatos prædictos omnes cum ab id teneantur ex præcepto quod imponitur, in prædicta Clementina presenti, de sumpta ex Concilio Vienensi, fatetur tamen quod tempore quo ipse seruiuit sacræ pœnitentiariæ sepius vidit huiusmo di gubernatores, & exactores trib utorum, absolutiones petisse, à Summo Pœnitentiario.

Eandem etiam sententiam tenet Iosephus Angles. in q. de restitutione vectigalium, 5. dificultate conclus. 1. & sequentibus quāuis dissentiat, à Siluestro existimans personas Ecclesiasticas exemptas a solutione vectigalium, & aliorum tributorum, tantum esse initiatas ordine sacro, non autem prima tonsura, aut minoribus ordinibus quia oppositum est, contra consuetudinem Hispaniæ, nec ex præ dictis capitibus iuris canonici probari potest, in quibus

tantum

tantum sit mentio de personis ecclesiasticis in quibus non compréhēdūtur initiati prima tonsura.aut minoribus ordinibus,quia quamuis gaudeant priuilegio canonis. *Siquis sudente diabolo*. Non tantum gaudent priuilegio fori, iuxta decretum Concilij Trid.ses.23.cap.7.

Eandem etiam sententiam tenet,Ludouicus Lopez c.190.de immunitate Ecclesiarũ instructorio conscientiæ,vbi late de hoc disputat;&Ludouicus Carbo,in tractatu de Restitutione.q.33.circa finem.

Et Medina cõplutẽsis C.de Restitut.q.15.ꝙ nõ tãtũ initiatos ordine sacro sed etiã prima tõsura & minoribus ordinibus,gaudere hoc priuilegio ꝙ probat ex predictis capitibus iuris canonici.supra relatis excipit tñ quando tributa imponuntur laicis,& Clericis propter publicas,& cõmunes necesſitates,in quibus casibus Clerici etiam subuenire tenentur concurrentibus duobus, scilicet,si laicorũ facultates nõ sufficiunt,& Ep̃us consulantur &c,Remittit tñ se:ad Sum mistas quia prcipue intẽdit disputare an hæc immunitas,de nõ soluendis tributis,conueniat Clericis iure diuino an iure positiuo.

Idem etiam sentit frater,Petrus de Aragon lib.de iust.& iure q.62.art.3.§. *Est etiam tanquam primum pricipium*,simul sentiẽs quod nõ gaudẽt hoc priuilegio Clerici inminoribus constituti qui beneficia actualiter nõhabuerint,allegãs legẽ secũdã tit. 4.lib.1.nouæ recop.&.ll.6.&.7.Partita vbi in d.l.2.habetur *Que los Clerigos de menores ordenes casados y no casados, aunque puedan gozar del priuilegiodel fuero,sea,y se entienda en las causas criminales,pero en todo lo demas asi en el pechar como en el pagar alcabalas,y en todas las otras cosas no sean essentos , ni gozen de priuilegio y paguen,y contribuyan,como los legos,y en esto y en todo lo demas sean habidos por tales, saluo sino siendo casados tuuieren beneficio*.La qual ley por ser mas nueba reformo las leyes 6.y 7.tit.18.lib.9.de la nueua recopilacion las quales hazen exemptos de alcabala a todos los Clerigos , sin exceptar ninguno saluo quando vendieren,causa negociationis.

Eãdem est sententia patris Francisci Xuarez lib,de Censuris in communi disputati.21.n.99.

Quibus suppositis,vt meam explicem sententiam,sit 1.conclusio.Si attẽte perpendamus ius canonicum quantum est ex vi illius,in nullo casu tenentur Ecclesiæ, nec Ecclesiasticæ personæ,soluere tributa, siue pro refectione pontium siue murorum,siue fontium,siue quacunque alia ex causa,quia in capitibus supra dictis *non minus*,& *Aduersas* & *Quanquam* de censibus, & alijs supra citatis , & in bulla Cœnæ Domini,eximuntur à solutione omnium tributorum nullo excepto nisi negotiationis tantum causa,in c.*quanqnam* decẽsibns,quia vt supra notaui quanquam in c.*non minus* de immunitate Eccles. habetur quod Clerici,ad releuandas laicorum necesſitates,& quando non suppetunt eorum bona,de consensu Clerici , & Episcopi,posſint cõtribuere,predictis necesſitatibus,non tñ ad hoc obligantur,sed liberi relinquntr, absque vlla coactione,vt ex verbis quæ supra per pendimus satis constat.

A sero 2.in c.*non minus* de immunitate Ecclesiarum *Laici siue Consules,siue Rectores siue quicunque alij imponentes,aut exigentes huiusmodi tributa a Clericis vel Ecclesijs,siue Ecclesiasticis personis,si moniti desistere noluerint ab huiusmodi exactione*

bus ipso facto incurrunt excommunicationem, a qua non possunt absolui, donec satisfactionem fecerint competentem.

Assero 3. (etiam consentiente Clero & Episcopo) huiusmodi tributa, siue exactiones á Clericis exigi non posse sine consensu Summi Pontificis, vt cōstat ex c. *aduersus* de Immunitate Ecclesiarum, in quo, quia in c. *non minus* eo d. tt. decreuerat, licere Clericis siue personis ecclesiasticis, contribuere ad prædictas publicas necessitates, de consensu Cleri & Episcopi: propter imprudentiam tāmen aliquorum, siue Episcoporum, siue Clericorum, qui facile cōsentiebant in huiusmodi contributionibus, cautum est ne hoc fieret sine consensu, Summi Pontificis Cum vero huiusmodi consensus Summi Pontificis semper sit necessarius, sub dubio res est, plures enim auctores existimant, tā tā posse esse necessitatem subueniēdi publicis vtilitatibus, & necessitatibus vt non sit necessarium concurrere ad Summum Pontificem, quia sufficeret consensus Cleri, & Episcopi tum maxime quando ad Summum Pontificem dificilis esset accesus, quia non est credibile prædictum Concilium, ex quo de sumptum est caput *Aduersus* a deo stricte, & cum tanto rigore voluisse obligare ad prædictum consensum, vt in nullo casu sine illo liceret quæ sentētia mihi probatur, propter eandem rationē stantibus pærdictis cōditionibus

Assero 4. qui prædicta tributa imponunt, Ecclesijs, vel Eclesiasticis personis, & eorum bonis, sine spetiali & ex expærssa licentia Romani Pontificis, quocunque modo illa exigant, nunc incurrunt ipso facto pænam excommunicationis, reseruatam Summo Pontifici, in bulla Cœnæ Domini n. 18. supra citato vbi notanda sunt illa verba *Et diuersis etiam exquisitis modis exigunt imo non tantum exigentes sed etiam talia tributa imposita recipientes, etiam à sponte dantibus, & concedentibus, eandem in currunt excommunicationem.* Quod intelligendum est, quando sponté dantur prius tamen imposita, quia sponte dare quando non sunt imposita sed liberaliter donare, non prohibetur sed quando prius imposita, etiam sponte donantur nec tantum prædicti prædictam incurrūt excommunicationem, sed etiam illi qui per se, vel per alios, directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare aut in eisdem auxilium, consiliū vel fauorem præstant, & hoc cuiuscunque sint conditionis, dignitatis, ordinis & status, etiam Imperialis, aut Regalis & denique omnes cuiuscunque status, & conditionis, sint renouant omnia capita supra dicta tam in Concilio Lateranensi, quam in alijs Concilijs generalibus edita, cum censuris, & pænis in eis contentis.

Sed dubitatio est, (supposito quod in iure Canonico nulla imponitur obligatio Clericis, & Ecclesiasticis personis soluendi huiusmodi tributa,) an in aliquo casu soluere, & contribuere teneantur.

i dubitationi respondeo 1. nullus casus est in quo de justitia Ecclesiæ, Cleri Ci, aut Ecclesiasticæ personæ teneantur soluete predicta tributa, nisi in casu extremæ necessitatis, quando, scilicet, seculares in tanta essent necessitate et nullatenus sucurrere possent prædictis necessitatibus communibus; vt, si verbi gratia, inimici obsiderent populum aut alio modo esset ex positus periculo perditionis, cui laici propter in opiam sucurrere nōvalerent, quia tūc

Clerici

Clerici,& Ecclesiasticæ personæ tenerentur ex justitia illi succurrere, quia si cuicunque alteri, extremè indigenti ex iustitia tenentur succurrere, multo melius tenebuntur rei publicæ extremè in digenti, & non potenti se ipsam deffendere, aut conseruare nisi Clerici illi subueniant.

Sed ad huc dubitabis, an tunc dicatur res publica extremè indigere quãdo nõ habentbona communia quæ Hispané appellant *proprios concegiles*, vel quia non habet, vel quia quæhabuit consumpsit in alijs vsibus. Respõdeo, quod non dicetur extremè indigere, in hoc casu, dummodo vicini, & habitantes in illo, bona habeant propria quibus succurrere possint necessitati, aut vtilitati occurrenti, Et in hoc sensu intelligo textum *non minus* de immunitate Eccles. in illis verbis, *vbi laicorum non suppetunt facultates*, & ratio est manifesta, quia Clerici seu personæ Ecclesiasticæ, non habẽt bona cõmunia, qui bus succurrere possint, sed debonis proprijs succurrerẽt, quando opporteat ꝙ si Clerici tenerẽtur succurrere de bonis proprijs, & nõ laici, multi peioris cõditionis essẽt Clerici q̃ laici ꝙ inquũesset asserere sed respõdebitaliquis negã docõsequẽtiã quiastãtibus boniscõmunibus quæ *proprios* appellãtneutri nec Clerici neclaici tenẽtur cõtribuere cũ de illis posit necessitatibus subueniri, illis tñ nõ stãtibus etiã laici de bonis proprijs soluere tenẽtur. Cõtra Argumẽtor quia saltim sequitur equalis esse cõditionis Clericos laicos ac ꝑ cõsequens, nõ gaudere priuilegio & exemptione prædicto cum] canonum nec Conciliorum nec bullæ Cœnæ Domini frustra que e& inutiliter esse statuta Tumetiam quia non dicitur res publica in digere, nec in extrema esse necessitate, quando ciues bona habent propria, quibus succurrere possint communibus necessitatibus.

Sed adhuc est dubium, an in prædicto casu extremænecessitacis, necessarium sit adire Summum Pontificem, ad impetrandã eius licentiã. Respõdeo quod inhoc casu non esset necessariũ nec credendum est, Sũmum Pontificẽ adeo strictæ obligare in c. *aduersus*, de immunitate, Ecclesiarum, vt hunc casum cõpræhendat: necessarium tñ esset adire Episcopum, vt cognoscat de simili necessitate Quod si tantũ esset periculũ inmora, quod nec esset tempus ad eũdi Episcupũ, tenerentur Clerici (nõ expectata eius licentia), prædictæ necessitati succurrere: quia in similibus casibus cessatomnis dispositio legum quibus succedit ius natutale.

S'd quid si in hoc casu Clerici nollẽt succurrere, nec laicis esset locus adeũdi Episcupũ, vt eos cõpellat, an in hoc casu possent laici illos cõpellere. Respõdeo quod in dicto casu extremæ necessitatis, stantibus predictis constitutionibus possent laici bona Clericorum arripere, ad subueniendum prædictæ extremæ necessitati, quia in eo casu bona redduntur communia, & Clerici tenerentur iure naturæ illis succurrere; quod si non faciant faciunt contra ius naturæ, ac pro inde vim inferunt laicis, qui eodem iure naturæ possunt illam repellere, quia *vim vi repellere licet.*

S'd maior dubitatio est an extra casũ extremæ necessitatis inalijs necesitatibꝰ cõmunibus, quæ (vt plurimũ & fere sẽper) euenire solẽt, de reparãdis, autde nouo ædificandis muris, pontibus, fontibus iteneribus & alijs similibus, Clerici, & Ecclesiasticæ personæ teneantur illis subuenire, si non ex iustitia, saltim ex

tim ex pietate,& charitate. Respondeo quod quando bona laicorum supperunt non tenentur Clerici, nec ex pietate, nec ex charitate succurrere & si succurrere velint, debent seruare in totum prædictas dispositiones, prædictorũ capitũ: *non minus* & *aduersus* de immunitate Ecclesiarũ & bullã Cœnæ Domini: quia in hoc sensu existimo esse intelligenda, in quibus nulla ponitur obligatio Clericis succurrendi huiusmodi necessitatibus.

Sed ad huc maior dificultas est: an quando non est extrema necessitas, est tamẽ magna, cui laici succurrere nõ possũt, sine magno ipsorũ incõmodo etiã de proprijs bonis an in hoc casu teneantur, succurrere. Respondeo quod tenẽtur, nõ tñ ex iustitia, sed ex charitate. Quia si quilibet prædicta graui, & magna necessitate indigenti tenentur ex charitate succurrere; multo melius rei publ. & cõmunibus necessitatibus eius, quæ maioris momẽti sunt, quã quælibet persona singularis: verun tamẽ nõ tenentur, sine cõsensu Episcopi, qui iudicare possit, de prædicta magna necessitate, immo & Sũmi Põtificis, si pateat aditus ad illũ, quod si nõ pateat etiã suffi ceret cõsensus Episcopi, si necessitas ita cogeret, quod non esset locus adeundi Summum Pontificem.

Est aliud dubiũ, an renuẽtibus Clericis succurrere, posset Epũs illos cõpellere. Respõdeo ꝙ posset quia cũ Clerici ipsi tenerẽtur suo muneri & obligationi satisfacere, peccarẽt mortaliter si renuerent, ac proinde possent cõpelli per Epũ, ad nõ peccandũ, & satisfaciẽdũ prædictæ obligationi. Quod si quæras an in hoc casu possent cõpelli per iudicẽ secularẽ. Respõdeo quod nõ; quia nec Reges, nec iudices seculares vllã habẽt iurisdictionẽ in Clericos, nec ecclesiasticas personas, nec cõpellere eos possũt, ad opera pietatis, & charitatis ad implẽda cũ hoc tãtum expectet ad iudicẽ supperiorẽ, non autẽ ad laicos ꝙ probãt omnia capita prædicta, & hoc mihi videtur valde errare, prædicti iuris cõsulti, asserẽtes in prædictis casibus, siue magnæ siue nõ magnæ necessitatis posse iudices laicos Clericos cõpellere, ad soluẽda prædicta tributa, illorũq. bona surripere, pro eorũ solutione quia absq. fundamẽto aliquo & ratione asseritur & contra omnia iura prædicta. Quis enim asserat iudices seculares cõpellere posse Clericos, ad quæcũque opera pietatis, siue charitatis ad implẽda quod cõcedere tenẽtur, prædictã sentẽtiã tenẽtes, cũ par ratio sit operibus charitatis, nec in hoc assignare possũt discrimẽ. Nã si aliquod maxime esset, quia necessitas tributorũ, est necessitas publica, & totius rei publicæ, ceteræ vero minime sed singularũ personarũ hæc tñ nulla est, quia ad iudicẽ secularẽ, nõ tãtũ expectat cõsulare bono reipublicæ sed etiã cuiuslibet particularis; omnes enim sũt sub eius patrocinio. Ergo si possunt compellere, pro bono totius reipublicæ: poterũt etiã pro bono particularis personæ. Immo (quod amplius est) nõ tãtũ, nõ possunt sed si facient sunt excõmunicati ipso facto per bullã Cœnæ Dñi, tanquã vsurpantes ecclesiasticam iurisdictionem; quæ quidem excommunicatio, reseruata est Summo Pontifici, preterquam etiam incurrunt excõmunicationes latas per capita supradicta *non minus* & *aduersus* de immunitate Ecclesiarum, & *quamquam* de censibus, & Concilium Constantiense, supra citatum & in hoc recte disposuit lex 54 tit. 6. partita 1. ad finem vbi docet, laicos nõ debere compellere Clericos ad prædicta tributa soluenda, sed debere recurrere ad Episcopum

qui eos

qui eos compellat.

Assero vltimo, non tantum Clerici in sacris constituti, sed etiam in prima tõsura, aut minoribus ordinibus, (dummodo habeant cõditiones, statutas a Cõcilio Tridentino, sessione 23.c.6, de reformatione) immunes sunt á solutione attributorum. Probatur, quia tales gaudent priuilegio fori; ergo sunt exẽpti a iurisdistinct. seculari, ergo non obligantur præceptis secularium; ac per consequens, immunes sunt àttributorum solutione, nec quãtũ ad hoc assignari potest differentia, quia omnes comprehenduntur, nomine Clericorum & personarum ecclesiasticarum.

Quibus ita constitutis superest respõdeamus ad argumẽta supra facta pro parte affirmatiua, & ad primũ de sumptũ ex l. *ad instructiones* C. de Sacrosanctis Ecclesijs. Respondetur correctam esse per authenticũ. item *nulla communitas* C. de Episcopis & Clericis quæ est Friderici Imperatoris, à nobis suppra adducta, vt ex eius dispositione patet & ex Bulla sacri Concilij Constanciẽsis, à nobis etiam supra citata, in qua referuntur priuilegia Imperatorum Friderici, & Caroli quarti quæ (vt diximus) refertur in appendice, ad Concilium Basiliense, tit. Carolina sub latiori forma. tom. 4. Conciliorum & tomo 3. ad finem Concilij Costantiẽsis vbi nõ tantũ Imperatoribus Friderico, & Carolo annullantur huiusmodi ll. sed etiam à Concilijs Lateranensi, & Constanciensi prædictis, & relatis in dicta confirmatione Carolinæ.

Et quando per prædictos Imperatores non essent correcta prædicta lex, correcta esset per prædicta capita *non minus & aduersus* de immunitate Eccles. &c. *quamquam* decensibus, & in c. *Ecclesiæ Sanctæ Mariæ* de constitutionibus & in c. 1. de immunitate Ecclesiarum, & ex c. *conueuior* 23.q.8. & *96* distinct. c. *si Imperator* & Concilio Lateranensi sub Innocentio 3.c.44. quod refertut tt. de rebus Ecclesiæ non alienandis c. *cum laicis* In quibus omnibns, & alijs plurimis, corriguntur immo nullæ censentur ll. & statuta facta à Principibus secularibus immo, & Ecclesiasticis, contra immunitatem Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum.

Idẽque respõdetur ad l. *Placet* eo d. tt. in qua licet Ecclesiæ tãtũ decernãtur immunes a sordidis muneribus, & extra ordinarijs, nõ inde cõstat nõ esse immunes a prædictis tributis, de quibus est quæstio, immo & a sarcinis vel vehẽdis reb⁹ Regũ, de quib⁹ in d. l. etiã sũt immunes, ꝑ prædicta capita juris canonici

Eodẽq. modo. Respõdetr ad autẽticũ de ecclesiasticis titulis, & priuilegijs, colũnia. 9. in prohemio §. *Ad hæc sancimus* quia vel correctũ est, per iura ciuilia à nobis adducta, vel saltim per canonica.

Et eodẽmodo. Respõdetr ad l. *ad portus* C. de operib⁹ publicis & vlteri⁹, asserẽdo ꝙ illa lex nullã facit mẽtionẽ, Eclesiarũ, nec Clericorũ, & ideo intelligẽda est de laicis de quib⁹ asserit, ꝙ null⁹ dignitatis priuilegijs excusetr ꝙ asserit ꝑptr Duces Marquiones, siue Comites, aliasq. similes dignitates seculares

Eodẽmodo respõdetur ad l. *Absit* de priuilegijs dom⁹ Augustæ ꝙ quãuis ista tributa nõ numerẽtur inter sordida munera, nõ inde sequitur ad illa teneri Clericos, aut Eclesias, aut personas ecclesiasticas, quia nec tenentur ad sordida munera, nec ad non sordida nisi in casibus supradictis & ideo tenendum est illam legem esse reuocatam, per prædicta iura siue ciuilia, siue canonica. Et ad leg ẽ *hac prouidentissima*, glosa ibidem adducta respõdet Sermonẽ

 esse de

esse de sordidis muneribus in illa lege,& ideo non obligare Ecclesias, nec ecclesiasticas personas.

Respondeamus superest ad ll. Partitarum,& primo ad l. 54. titul. 6. Partita.1. quia lex si recte inspiciatur,non est contra dictam sententiam,quialoquitur secundum dispositionemIurisCanonici,vt costat ex illis verbis *Pero algunas cosas ay en que tobo por bien sancta Iglesia,que se non pudiessen escusar de ayudar los Clerigos a los legos.* Et non est vbi Sancta Mater Ecclesia hoc decreuit, nisi in prædictis capitibus *non minus* & *aduersus* de immunitate Eccles. & alijs supra citatis. Ac proinde quando deinde addit lex quasi redens exemplũ. *Assi cemo en las puentes que fazen nueuamẽte en los logares do son menester para procomunal de todos e otro si en guardar las que son fechas &c.ca en estos casos (dize) tenudos son* (scilicet) *los Clerigos de ayudar a los legos, assi como los otros vezinos legos* ꝙ verbum *tenudos son* ex paulo ante dictis,constat intelligendum esse secuudũ dispositionem prædictorum capitum, *nõ minus* &*aduersus* hoc,est(vt supra diximus)quando deficientibus bonis laicorũ tenentur Clerici succurrere,vel ex charitate,in graui & tunc seruato ordine iuris canonici & ideu,non sine prudenti consilio, statuit predicta lex. *Y para esto facer no les deuen apremiar los legos mas de dezirles que lo fagan e si ellos non lo quisieren fazer an de mostrarlo a los Perlados, que se lo fagan facer.* vbi noluit executionem committere iudicibus secularibus,sedEpiscopo adquem expectat,cognita necessitate,aut vtilitate. Quibus omnibus consonant verba sequentia *e ellos* (scilicet) *los Perlados son tenudos en todas maneras de se lo mandar cũplir porque son obras buenas e de piedad.* Ecce quia ista opera,sunt opera pietatis,& charitatis, noluit legislator Clericos esse compellendos,nisi per suum Episcupum ac per cõsequens,seruato ordine iuris canonici, quia legislator nullam habebat potestatem illos compellendi,& quando dize: *son tenudos porque son obras buenas e de piedad*,intelligendum est,saltim in graui necessitate,quia tũc tenetur Episcopis Clericos compellere,non tamen tenetur compellere, ad quæcunque bona operat charitatis & pietatis,quia nec ipsi Clerici ad illa tenentur nisi in prædictis casibus, saltim sub mortali.

Et ad l.20.tt.32.Partita 3.respõdetr intelligẽdã etiã esse, secũdũ dispositionẽ iuris canonici & quãdo vrget extrema aut grauis necessitas,&nõ suppetũt laicorũ bona nõ enimest credibile ꝙ in prædictis legibus voluerint legislatoresperuertere ordinẽ iuris canonici & ideo in hoc sẽsu debet intelligiverbũ *non se deuen escusar* quasi diceret:q̃uis possint & nõ teneãtur:nõ tñ se debẽt excusare quia opus pium,& bonum est, & in eodem sensu debet intelligi ratio eiusdem legis *Ca pues lapro destas labores,pertenecen comunalmente àtodos guisado,e derecho es,que cadavno fagay aquella ayuda que pudiere.* Quãdo,scilicet,nõ suppetunt laicorum bona vt notandum est verbuum *ayuda* quod non tributum,aut obligationem significat, sed subsidium quasi non coacté sed liberé datum & concessum.Ethæc legis interpretatio maxime cõfirmatur ex eo ꝙ legislator nõ assignauit per quos debeat hæc lex exequtioni mandari cõtra Clericos quasi voluerit illud relinquere dispositioni iuris canonicivel alterius legis,54.præcedentis quod si inalio strictiori,sensu velis intelligere pre dictam

dictam rationem, respondeo nullam esse nec sufficientem, quia non ex eo quod res sint communes Clericis, & laicis tenentur Clerici cõcurrere, quia nihil communius vtrisq. nec magis cõsonam iuri naturali, quam tributa soluere Regibus, pro eorum sustentatione & deffensione reipublicæ, quæ quasi iuræ naturæ illis sunt debita, & tamen ab his sunt immunes Clerici, & Ecclesiasticæ personæ vt ex legibns Partitarum eiusdem titulo & alijs iuribus supra citatis constat, imoetiam ex lege tit. 3. lib. 1. nouæ recopilationis, ergo etiam ab alijs communibus, de quibus non est adeo eficax ratio.

Sed dificilius est respondere ad ll. nouæ recopjlationis, & primo ad legem vndecimam, tit. 3. lib. 1. in qua post quam asseruit legislator, Sacerdotes, & Ministros Ecclesiæ exemptos debere esse secundum Iura, à contributione tributorum, & ideo ab illis quæ Regi soluuntur, & alijs similibus, noluit tamen exemptos esse, ab illis quæ imponuntur, & exiguntur propter bonum commune laicis & Clericis, qualia sunt reparatio murorum, viarum, põtium, &c. quia in his casibus ex defectu bonorum commuuium, quæ *proprios de consejo* Hispani appellantur, debent contribuere, & adiuuare Clerici, eo quod sit bonum commune omnibus, & opus pium.

Cui respondeo quod cum dispositio legis eadem sit cum præcedentibus, eandemque reddat rationem, scilicet, quia est bonum commune & opus pium eodẽ modo respõderi potest intelligẽdo veba illa *deben contribuyr y ayudar* in eodem sensu in quo paulo ante similia verba intelleximus in casibus supra explicatis, & seruato ordine iuris, primo quia non est credibile legislatorem voluisse leges prædictas Partitarũ quia voluisset, illud explicasset 2. quia nõ satis est bonum esse cõmune, vt teneantur contribuere Clerici, quia raro, aut nunquam eueniet tributa imponi etiam laicis, nisi propter bonum commune, & ita fere in omnibus tenerẽtur Clerici cõtribuere; quod iura canonica supra citata, tantopere reclamant qnia nec hæc lex asignauit per quos debeat exequtioni mandari contra Clericos, quasi relinquens illud dispositioni Iuris canonici vel prædictarũ legum Partitarum ac per consequns seruato ordine iuris canonici, & ideo assero huiusmodi ll. nullo modo obligare Clericos nisi illa seruata, nec tunc obligant; quia leges seculares sunt: cum Principes seculares nullam habeant adhoc iurisdictionem, sed tantum obligant iura canonica, in sensu ex plicato.

Idẽ que respõdetur ad l. 12. sequentẽ ex eod. tit. & lib. quia licet verũ sit, quod Clerici teneãtur soluere stipẽdiũ custodibus, asignatis pro custodia suorũ prædiorũ, vinearũ, & aliorũ fructuũ pro labore per cepto, & similiter teneãtur ad pænã per totũ populũ impositã, quãdo eorũ bestiæ, siue pecudes, siue animalia irrationali dãnũ inferũt prædijs siue hereditatibus, quia inter õnes de populo, tã Clericos q̃ laicos fuit facta quasi lex cõuẽtionalis, de soluẽda pæna ꝑ huinsmodi dãno, nõ tñ possũt laici nec iudices seculares talẽ pænã executioni mãdare, ex defectu iurisdictionis, quia sicut illi nõ possũt ex eodẽ defectu Clericos cõpelere ad soluẽda alia peculiaria debita, ita nec possunt ad soluendã prædictam pœnam debitam, nec ex l. conuentionali inter eos facta talis resultat potestas in laicis, & iudicicibus secularibus immo nec ipsi Clerici possũt suo iuri renũtiare, quia cederet in præiudiciũ Eccle-

siasticæ iurisdictionis, & immunitatis & ideo merito hæc lex non explicuit per quos iudices debeat eius pœna executioni mandari relinquēs illud dispositioni iuris canonici prout in præcedenti.

Sed contra hoc est caput primum de noui operis nuntiatione & alia similia in quibus habetur stādū esse legibus ciuilibus, quando contrariū non habetur in iure canonico ergo seruandæ sunt leges huius Regni si quidem nō habetur contrarium in iure canonico Respondeo cum Siluestro loco citato negādo contrarium non haberi in iure canonico vt ex prædictis constat 2, prædictum caput & similia intelligenda esse quando lex ciuilis Imperialis, siue regalis non est damnosa nec infert præiuditium Ecclesijs, aut ecclesiasticis personis, quia tunc non tenet nec habet vim nisi specifice approbetur ab Ecclesia, vt est communis opinio Doctorum in c. fin. de solutionibus, & in c. *Ecclesia Sancta Mariæ* de constitutionibus, & in c. fin. de rebus Ecclesiæ non alienandis, & dist, 10. c. *Si in adiutorium.*

Sed quid si statutum laicorum contenderet, vt exconsensu etiam Clericorum siue sine illo, vt fieret contributio ad reparandos siue reficiendos fluuios siue aquarum detentionum quas vulgo *presas* vocāt siue vias, aut itinera quæ ingens damnum inferunt hereditatibus cōuicinis, inter quas sunt etiam hereditas, & prædia Clericorum, & Ecclesiarum an tūc Ecclesiæ & Ecclesiasticæ personæ teneantur, non solum ad soluendos sumptus prorata qui fiunt pro reparatione hereditatum, seu prædiorum, sed etiam in hoc casu, iudices seculares possint eos compellere ad talem solutionem Respondeo verū esse quod Clerici teneantur ad talem solutionem, ratione proprij interesse, siue propriæ vtilitatis, & necessitatis quæ in similibus rebus interueniūt, sed nec laici in eo casu possunt compellere Clericos, ad soluendos prædictos sumptus, sed debent compelli per Episcopum aut eius superiorem. Et in hoc placet mihi sententia Siluestri, verbo *immunitas* 1. n. 20. facientis in hoc distinctionem, secundum Panormitanum, in di. c. *non minus* & dicit esse mentē Raineri Pisani, & Archidiaconi, *quia necessitas* (inquit) *vel pietas in minens, vel cōcernit vtilitatem Clericorum siue Ecclesiarum à remotis.* Et veluti per quādā cōsequentiā, & tunc non tenentur soluere ex dictis capitibus *non minus & aduersus* nisi sponte velint approbāte, Episcopo, cum Clero, & prius consulto Romano Pontifice, in casibus supra dictis, aut necessitas vel pietas cōcernit de directé, & in principaliter vtilitatem Ecclesiarum, siue Clericorum, & laicorū. vt puta quia praua societas territoriū ciuitatis incendit, prædia de vastat, inter quæ Ecclesia, siue Clerici aliquas habent possessiones, & tunc debet Ecclesia, siue Clerici contribuere, non tamen ad delibetationem solius populi sed opportet quod Clerus, & populus principaliter conueniant, & deliberent, quia *Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari* in Clementina prima & 2. de censibus, & c. *Ad hoc off.* Archidiaconi. Fatetur tamen Panormitanus, in d. c. *non minus* quod si Clericus nollet sine legitima causa consentire possent laici implorare auxilium Episcopi siue sui supperioris, vt compellat eum, vt in c. *nullus* de iure patronatus, & in hoc casu, nō habet locū dispositio capitis *aduersus* de cōsultatione Romani Pōtificis quia hæc impēsa nō ꝓpter publicā vtilitatē, sed ꝓpter priuatā Ecclesiarū, & Clericorū. Quæ sētētia etiā placet

Siluestro

Siluestro, loco citato & mihi etiam probatur si prius explicem quando necessitas, aut pietas imminens concernit directe Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas: quando vero indirecte, & per quandam consequentiam, quia tūc dicetur directe concernere, quando concernit, ratione alicuius propriæ, & determinatæ hereditatis, siue prædij, siue similis alterius rei, quia tunc concernit, non quia communis, sed quia propria; tunc vero concernit indirecte & per consequentiam, quando non concernit ratione alicuius propriæ, & determinatæ hereditatis, aut prædij, sed quia res omnibus communis est, vt reparatio pontium fontium &c. quæ directe & per se primo respiciunt publicam vtilitatē & nulli propriam indirecte vero & consequenter vtilitatē vnicuique propriam inquantum bonum totius reipublicæ cedit in vtilitatē singulorum membrorum.

Superest respondeamus ad iura canonica, & 1. ad c. *peruenit* de immunitate Ecclesiarum, respondeo cum Abbate locis citatis, varios habere intellectus & interprætationes 1. enim intelligitur in terris, subditis Ecclesiæ intemporalibus 2. intelligitur pro illo tantum tempore quo ciuitas Terrezena opprimebatur ab infidelibus, & inminebat timor subitaneus, & in prouisus vt notat ibi Innocentius 3. intelligitur de Clericisqui nō sunt à diuinis subtrahendi 23. q. 8. c. *reprehensibile*, quales sunt illi quia has gaudent d. immunitate l. 2. C. de Episcopis & Clericis & 12 q. 2. c. *Ecclesiarum seruos*, nisi esset necessitas vrgentissima vt notat Ostiensis in summa eodem titulo §. à *Quibus* versu *Mere etiam personarum* 4. quod ille textus non loquitur de fructibus, & bonis distrahendis, sed de quadam custodia ad necessariam tuitionē ciuitatis, quæ imminet in casu illius textus ex qua nō sequitur teneri ad prædictas contributiones 5, præsuposito quod esset magne necessitas & debet obseruari thenor c. *non minus* & c. *aduersus* cum nullum subsit periculum in cōsulendo Romanum Pontificem, vel saltim Episcupum.

Ad capitulum *tributum* 11. q. 1. ex diuo Ambrosio de sumptum respondeo, quod loquitur de tributo annexo & coniuncto ipsis hereditatibus, antequam deuenirent ad dominium Ecclesiæ, tale enim non aufertur, ex eo quod hereditas aut prædiū sit sub potestate Ecclesiæ vel Clericorum quem admodum si talis hereditas sit hipoteca alicuius tributi si perueniat ad dominum Ecclesiæ semper manet sub tributo, donec ab Ecclesia redimatur.

Eodem modo respondetur ad c. *tributum* Vrbani Papæ 23. q. 8. quia sermo est, de tributo annexo, hereditatibus Ecclesiasticis, ante quam ad Ecclesiā peruenirent, & has appellat exteriora Ecclesiæ.

Ad glosam uero in c. *non minus* de immunitate Ecclesiarū verbo *releuandas*, respondeo, quod non est intelligendum glosam textui contradicere, quia si contradiceret illud explicasset, sed intentio Glosæ est ponere exemplum illius verbi *releuandas* quasi diceret vt quādo Clerici tenentur subuenire publicis necessitatibus, aut vtilitatibus. vt id graui saltem necessitate. ad eas *releuandas* quando non suppetunt laicorum facultates vt in reparatione murorū pōtiū & c. ex l. *ad instructiones* ꝙ si hæc solutio quæ veri similis est non satisfacit, respōdeo deceptā fuisse cū pluribus alijs auctoritatibus oppositū cōstet

Ad Auctores vero pro contraria sententia adductos respondetur. Quod faluntur

luntur, ex falsa intelligentia iuris canonici, & ad id, quod asserit Rebufus, locis ibidem citatis, concludens teneri Ecclesias & Clericos ad soluenda tributa, pro reparatione pontium murorum, &c. posseq. ad id cogi, duobus interuenientibus, vnum quod refectio fiat propter necessitatem, & non tantum ad ornamentum, & decorem ciuitatis &c. Respondemus negando consuetudinem, quam ille adducit, quia nec est consuetudo (vt postea latius declarauimus) nec si esset valeret, quia anullantur in capitibus iuris canonici, supra citatis.

Et ad argumentum quod facit, quia iuri naturæ consonum est, *vt idem patiatur incommoda, quem sequntur commoda.i* Respondeo verum esse, nisi aliud esset prohibitum, talia in commoda pati Clericos, & Ecclesias, a quibus sunt immunes, & allegatis supra immo (vt verius loquar) multo plura patiuntur incōmoda Clerici, deseruientes laicis in spiritualibus, quam patiantur laicis deseruientes Clericis in tēporalibus, quia vt supra dixit Diuus Thomas in hoc recompensant Clerici, quod laici pro illis patiuntur, & ad exemplum quod de facto adducit multos Clericos fuisse condemnatos, a Senatu Parisiensi, respondeo nihil referre, quia respondebimus facile, illud fuisse factum cōtra ius canonicum & iura a nobis supra citata, non bene ab illo intellecta, & ideo falsum etiam est talem sententiam esse executoriam mandarique deberi executioni, appellatione remota cum potius iniusta sit omnino, & contra immunitatem Ecclesiæ & personarum ecclesiasticarum prolata.

Ex quo rursus sequitur falsum etiam esse iudices, regios & senatum esse cōpetentes iudices aduersus Clericos, & Ecclesias in dictis casibus, quia nullam prorsus habent jurisdictionem, cum Clerici sint immunes à predictis tributis, & quamuis non essent immunes, vt indictis casibus non inde sequitur iudices seculares posse illos compellere, nec per sententiam, nec aliomodo, quia suos habent iudices ecclesiasticos, ad quos expectat.

Ex quo etiam infertur falsum esse quod vlterius asserit Auiles, loco in argumēto citato, quod si Epus nullus iubere Clericis, vt in talibus contribuant Rex debet adiri vt precipiat Episcopo iubere Clericos talem contributionem. quia Episcopus sub Rege est, iuxta glosam in c. *tributum* 23.q.8. falsum inquā est, quia nec Episcopi sub duntur Regibus, nec glosa illud a seruit, sed in verbo, *Ecclesia*, fecit argumentum contra, desumptum ex verbis Pauli. *Omnis anima, potestatibus sublimioribus, subdita sit.* Et respondet illud esse intelligendum in laicis, ex quo potius de duci potest, opposita sentencia, quam ea quam intendit probare Auiles.

Nec sententia Nicolai Balui, in contrariam partem adducta vera est, nisi intelligatur in casu extremæ necessitatis, vel quādo res propter quas, imponitur tributum, proxime directe & peculiariter respitiunt Ecclesias, aut ecclesiasticas personas, & tantum esset periculum in mora vt si Episcupus adiri deberet, res ipse perirent, & ab inimicis diri perentur, si Clerici non contribuerent, in quo casu (quod raro, aut nunquam contingit) vera quātum ad hoc posset esse eius sentencia falsa tamen omnino quando asserit, quod nostra non procedit per solitam obseruantiam Papæ quia officiales laici in huiusmodi contributio nibus, faciunt executionem in bonis, & fructibus beneficiorum

nefficiorum, in quo videtur esset tacita dispensatio. Quia negamus talem cō suetudinem, cum potius violentia, quam consuetuo dicenda sit : quia si in talibus exequtionibus Clerici patienter sustinent, non ideo est quia volūtarie patiantur, sed quia potestati seculari resistere non valeut. Et falsum est omnino qnod Ecclesia, aut Summus Pontifex talem vim, & exorbitantiā per tolerantiam patiantur, cum videamus, quotannis. Bullam Cænæ promulgare, qua tales iudices, & ministri, ipsofacto excommunicantur, sed tāta est ipsorum nequitia, vt nec dictam excommunicationem timeant, nec ab ipsa absoluantur, in maximam per nitiem, suarum animarum. Quod maxime dolendum, & lacrimabile est.

Super est iam respondeamus ad argumenta Ludouici Mexiæ, in Pragmatica taxæ panis, super quam ille multum laborauit, intendens probare obligare Clericos, & ecclesiasticas personas, multis ad ductis fundamentis, quæ facile ruūt, cum pretermittat principale, quo facile probaret intentum. Ratio enim propter quam taxatio panis obligat Clericos, & ecclesiasticas personas non est quia lex Regia est quia cum Clerici non subdantur Regalibus, nec leges ipsos obligant. Hæc tñ ideo comprehendit omnes, quia clerici, & ecclesiasticæ personæ non possunt triticum, aut alia semina vendere, vltra iustum prætium, quia tenentur ad restitutionem eius, quod iustum pretium excedit, & hoc est verum, tamde laicis, quam de Clericis. Taxare autē iustum prætium rerum, ad rem publicam expectat & consequenter ad Regem, qui vices habet rei publicæ, & ideo d. lex. Clericos etiam obligat, non quia lex. aut Regis præceptum est, sed quia iusta taxatio panis est, vltra quam nec Clerici, nec laici vendere possunt. Ex quo infertur, quod Clerici vendentes vltra dictam taxationem cōdemnari possunt ad restitutionem, vlterioris prætij, tanquam iniuste accepti; non tñ ad pænam legis, quia ipsos non comprehendit.

Infertur 2. quod si Rex diuersam faceret taxationem pro Clericis, & laicis, in iusta esset, nec clerici tenerentur eam obseruare. quia in iusto prætio nō potest esse diuersitas, ratione diuersorū statuum aut personarum, sed quid quid sit de hoc, quod ille non attingit, respondemus ad eius argumenta.

Et ad primum quod huiusmoditributa imponuntur propter, publicam vtilitatem, & necesitatem communem. Respondetur negando consequentiā, quia inde non sequitur teneri Clericos illa soluere, quia ab illis sunt immunes, alias enim ad omnia tenerentur. Quod absurdum esset afirmare, cum omnia imponantur propter publicam vtilitatem, & necesitatem, nec argumētum quod contra hoc facit, quia in iustum est, qud aliquis iubetur aliena iactura, verum est sed hic non est aliena iactura, sed obligatio laicorum ad res communes, ad quas non tenentur clerici, nec ecclesiasticæ persone, nisi in casibus supradictis. Quodautem ex tali obligatione & contributione resultet vtilitas, Clericis, & ecclesiasticis personis hoc est per accidens & in directé ex quo nulla sequitur iactura laicis: tum mnxime, quia vt supra diximus, ex sententia Diui Thomæ, hæc omnia recompensant Clerici, quia in seruiunt laicis in spiritualibus.

Ad ſecundum argumentum de ſumptum ex legibus huius Regni, patet ſolutio ex ſupra dictis & ideo fallitur Menchaca aſſerens ſuſpectũ eſſe dicere quod non teneantur Clerici, ad huiuſmodi tributa, quia non tantum nõ eſt ſuſpectum, immo potius oppoſitum non caret ſuſpitione.

Nec verũ eſt quod vlterius aſſerit, quod in caſu quo Epiſcupus adiri nõ poſsit vel requiſitus nollet cogere Ecleſiaſticos, aut plus debito differret, Clerici eſſent cogendi ad talem contributionem, per ſecularem poteſtatẽ, niſi in caſu & ſenſu, á nobis ſupra explicato, qui raro, aut nunquam euenit.

Nec auctoritas Guillermi Benedicti, alicuius eſt momenti, imo ex eius verbis oppoſitum conuincitur, quia ſi facile in his caſibus ſummi numinis ſperatur venia, vbi multorũ ſalus, & incolumitas procuratur fatetur iã venia indigere, ac per conſequens culpam eſſe, quia, vbi non eſt culpa, nec venia eſt neceſſaria.

Ad tertiũ. Reſpõdetur primo negando maiorẽ, quia ſi vera eſſet, omnes. ll. poſitiuæ obligarent Clericos, & ecceleſiaſticas perſonas, quia omnes fundãtur in iure naturali, proximé, vel remotè. Omnes enim ſunt cõcluſiones de ductæ ex principijs na turalibus iuris naturæ, quædam immediatius, quædam vero remotius, per plures, aut pauciores conſequentias ſiue illationes, nã ex hoc principio, *quod tibi non vis alteri non facias*, quod eſt manifeſtum iure naturali, plures deducũtur leges humanæ, per mediatas illationes, & ideo, nego etiam minorẽ, ſcilicet, quo d dicta lex de ſóluendis tributis, pro reparandis põtibus &c. ſit fundata in iure naturali, quod omnes obliget, ſed admodum quo ceteræ leges ex illo de ductæ, per mediatas illationes: quia de iure naturæ eſt, quod vnus quiſque intendat ſe ipſum conſeruare, ac per cõſequẽs quod res publica idem intendat. Ac pro inde, quod inquirat media ad eius conſeruationem conuenientia, inter quæ eſt conuictus humanus, ac per conſequens tranſitus per pontes, & itinera ad predictum conuitum, & ad cultũ prædiorum quorum fructibus ſuſtentantur tum etiam quod defendant ab inimicis, ac proinde quod edificent muros quibus ſetueri poſsint pluraq. alia de duci poſſunt ex prædictis principijs, quæ ſunt concluſiones mediatæ, vel immediatæ, quæ legibus humanis ſtatui poſſunt Hæc tamen iura ſic de ducta, non omnes obligant ſed tantũ illa principia prima quæ omnibus ſunt communia, & manifeſta. Et ad ptobationem quod, qui ſentit commodũ, dãnum etiam ſentire teneatur, reſpondetur verum eſſe: ſed non in minoribus. Quia ſi ita eſſet (vt ſupra diximus) ad omnes leges humanas Clerici tenerentur, quia de omnibus vtilitatem aliquam capiunt, ſiue proximé, ſiue remoté tum etiam, quia (vt diximus) Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ damnum, & laborem ſentiunt, inſeruientes laicis in ſpiritualibus, in quo recompenſant cõmodum quod in temporalibus à laicis recipiunt.

Et ideo falſum omnino eſt, qnod vlterius aſſerit Clericos in conſcientia teneri, ad ſoluenda huiuſmodi tributa, quia non tenentur ſoluere. Falſum quoq. eſt huiuſmodi ll. de ſoluendis prædictis tributis, obligare Clericos, nõ quia ll. regales aut imperatoriæ ſint, hoc eſt, quia latæ per poteſtatem ſecularem, ſed ex ui rationis naturalis ſuper qua fundantur, quia ratio illa naturalis non eſt de pri-

est de primis principijs iuris naturæ,quæ omnes obligant, sed de ducta ex illis per plures & mediatas illationes, & forsan, nō necessitas, sed probabiles,quas manifestum est,non omnes obligare.

Ad quartum.Respondetur negando antecedens,quia de ratione legis obligātis est,quod sit lata ab habente potestatem& iurisdictionem.Principes autē seculares nullam habent in Ecclesias,aut Clericos,aut ecclesiasticas personas,vt ex iuribus supracitatis satis constat,ergo non obligantur eorum legibus.Fateor tamen eos teneri ad earum obseruationē,quando non sunt contra eorum immunitate,nec in eorum præiuditium nec a Summis Pontificibus de rogatæ,sed hoc non ex vi legum,quia leges sunt ciuiles,& latæ per potestatem secularem,sed secundum vim directiuam,in quantum sunt conformes recto dictamini rationis,qnod est dicere, obligantur non exui legis aut præcepti secularis,sed à dictamine proprio rationis, cui tenentur cōformari in opperando,secundum propriam conscientiam, tamen in casu huius disputationis,nec à dictamine rationis obligantur nisi in extrema,aut graui necessitate supra explicata,quia huiusmodi ll. sunt derogatæ & nullæ respectu Clericorum,per iura á nobis supra citata,nec exemplum quod adducit , de legibus iuris ciuilis Romanorum, quas dicit Hispanos obligare, qnia hospitio sunt receptæ alicuius est momenti, falsum enim hoc est, quia vel per hoc quod est hospitio recipi intelligit Hispanos voluntariæ illis submitti. & hoc non est obligari à legibus, sed libere velle illis vti vel intelligut Reges Hispanos,tantam vim illis tribuisse vt velint vim habere legum; deficientibus legibus Hispanis;inquo casu habent vim legum ex voluntate Principis. Sed hoc ille non probat, nec in veniet legem in Hispania,qua caueatur,predictas leges ciuiles vim habere legū,sed ꝙ habeantur tāquā dicta sapiētissimorū,& prudētiū virorū,quales fuerunt Imperatores, qui ipsas cōdiderunt,& ita si obligantHispanos,nō obligant quia ll.sed quia conforme recto dictamini rationis:vt diximus de legibus huiusmodi, respectu Clericor:nec in alio sensu a Clericis sūt receptæ ll. huius Regni, Quod si verū sitRegesHispaniæ recipisse ll.iuris ciuilis,tāquā velint suos subditos obligare,negabo consequentiam in eodem sensu receptas esse á Clericis, leges Hispaniæ,sed insensu dicto.

Ad quintū.Respōdetur ꝙ Clerici etiā ante cōstitutionē iurisCanonici, nūquā fuerūt obligati legibusImperatorū,aut Regū seculariū,nisi in sensu explicato, in solutione præcedētis argumēti,quia semper habuerūt superiores Ecclesiasticos quorū præceptis,& ordinationib⁹ gubernabātur, donec statuta sunt iura canonica,vel inCōcilijs,vel alias.Quod si Clericos obligabāt tūc tēporis,illud erat excōsensuSūmi Pōtificis,& nō alias,donec postea statuta sūt iura canonica.Nec argumētū ꝙ adducit de legibus statutis abImperatoribus,circa Clericos,alicui⁹ est momēti,quia ex defectu iurisdictionis nullā habebāt vim,fuerūt tñ plures earū latæ,in subsidiū,& fauorēChristianæReligionis,quales sūt modo plures leges huiusRegni.Nec hoc ꝙ estPrincipes seculares leges cōdere,circaEcclesias,&ecclesiasticas personas,aliq̄ tribuit illis iurisdictionē.Nā si hoc verū esset,in potestate Regū seculariū esset ōnē

 iurisdictio-

iurisdictionem circa Ecclesias,& Ecclesiasticas personas,sibi ad scribere &
appropriare.Quod omnino falsum est,vt in ferius latius disputabimus, nec
argumentum quod sumit ex facto Pauli;qui Actorum 25.cũ videret causam
suam inique tractari Cæsarem appellauit tãquam ab eo iudicandus,quia nõ
ideo fecit quod eius essent iudices,sed quia vinctus erat,&non poterat illo
tempore initio nascentis Ecclesiæ iurisdictionem Ecclesiasticam defendere
contra potestatem Regum secularium,cũ non posset aliter seipsum tueri ab
ieiuria lata per iudices seculares,nec locus Pauli ad Romanos 13. *Omnis ani-*
ma.&c.intelligendus est respectu Clericorum,& iudicũ seculariũ,sed respe-
ctu laicorũ.Nec Diuus Chrisostomus intelligẽdus est in alio sensu nisi in su-
pra dicto,quia non negat ipse iurisdictionem ecclesiasticã.In quo etiã sensu
intelligẽdus est,locus diui Petri 1.Canonica c.20.quia de secularibus sermo
est,& non de Ecclesiasticis.

Ad sextũ patet solutio,ex solutione præcedẽti,& ad id quod vlterius addit,ꝙ
ll.Generaliter fuerũt approbatæ a Sũmis Ponrificibus,nisi in casibus in qui
bus,vel contrarium ,vel diuersum per nouum ius statuerunt.Respondetur,
negando antecedens;quia licet nõ de dignẽtur illis aliquando vti, nõ tamẽ
fuerunt tanquã ll.approbatæ,imo eo ipso quod leges seculares sunt,nõ ha-
bẽt vim circa res Ecclesiasticas,& si fuissent approbatæ à Sũmis Põtificibus
aut iure canonico,non haberent vim quia leges seculares sunt;sed ex vi præ
dictæ approbationis,pro vt ipse Ludouicus mexia fatetur, sed quid quid sit
de hoc,de quo latius alibi,nihil tñ ad propositũ quia leges ciuiles de cõtri-
butione tributorũ circa Eclesias,& ecclesiasticas personas sunt derogatæ ã
iure canonico,& Sũmis Põtificibꝰ,locis supra citatis ita vt nullã vim habeãt
Nec verum est quod eo ipso quod aliqua lex ciuilis est cõstituta(etiã si ratio
nabilis sit)cẽsetur approbata per Papã,ita quod habeat vim legis,sed tãquã
dictamen rectum rationis in sensu à nobis supra explicato.Si tñ aliquæ fue
rint expræsse approbatæ,vim habebẽt legũ qualis forte est lex de solẽnitate
testamẽtorũ,de qua nõ est ita certũ,cũ sint variæ sententiæ& opiniones.Le
ges etiã prohibentes arma portare noctu, nõ obligãt Clericos, quia ciuiles
ll.sed quia hoc quidẽ statutũ est in iure canonico prohibẽte Clericis omne
genu armorũ tam noctu quã diu,quod si arma portantes noctu ex poliantur
a iudice seculari,ideo est,quia tanquã seculares capiũtur & in habitu secula
riũ,quia: *qualem te inuenio talem te iudico.*Quod etiã permissũ est ã Sũmis Põti
fibibus,& iudicibus Ecclesiasticis,propter Clericorum honestatem.

Ad vltimũ quod cõficit n.70.Respõdetur secũdũ regulã supperius traditã à Sil
uestro,Clericos teneri ad reparãdã viã ante suã domũ,& mũdare suis expẽ-
sis sua pertinẽtia itineris,quia directè,& proxime respitiũt vtilitatẽ Clerico
rũ in sensu supra explicato.Falsum tñ est quód ad id cõpelli possint per iudi
cẽ secularẽ;quia talis nullã habet potestatẽ aut iurisdictionẽ,in ipsos Cleri-
cos,vt ex supra dictis patet,sed compelli debent á iudice Ecclesiastico.

Ex quibus patet solutio ad dicta Ollani asserẽtis,legẽ 54.Partita prima suppra
adductã,reuocatã esse per cõtrariũ vsũ,quia falsũ est quod sit talis vssus aut
consuetudo ab Ecclesia recepta,sed si aliquãdo Clerici cõpellũtur per iudi-
ces secu-

ces seculares ad prædicta tributa illud fit violenter,&cõtra ordinẽ iuris,nec tales iudices excusantur à sentẽtia excõmunicationis cõtẽta in prædictis iuribus, & expæssè in bulla Cœnæ Dñi. Nec oppositũ docuit Gregorius Lopez vt in argumẽto notatur. Tãdẽ adAegidiũThomanũ. Respõdetur falsam esse eius sẽtẽtiã.vt ex predictis clare cõstat:nec satis ꝓbat eã,ex c.*sicut enim* versi.*ex his* 11.q.1,vbi habetur,quod in ciuilibus causis,Clericus ante ciuilẽ iudicẽ cõueniẽdus est,quia illud caput intelligitur de Clericis,qui se intromittunt negotijs secularibus,in quibus ratione talium negotiorũ subdũtur legibus ciuilibus;ac per consequẽs,iudicibus secularibus:quod valdé diuersum est a præsenti disputatione,in quanõ solũ prohibentur sub excommunicationis pæna SũmoPontifici reseruata,iudices seculares exigere àClericis prædicta tributa,sed etiã dãtes & soluẽtes olim erãt excõmunicati,per capitulum,*Clericis* deImmunitateEcclesiarũ Bonifatij octaui,ꝙ postea reuocatũ est perClemẽtẽ V.inClemẽtina*Quoniam*,de immunitate Eclesiarũ,ad vitandos scrupulos Clericorum qui talia tributa soluunt.

Sed contra prædictam resolutionem, instat vrgens argumentum,quod sic habet Rex temporalis,siue Imperator & præcipue Reges Hispaniæ , & Galiæ, qui non recognoscunt superiorem , habent supremam administrationem, de rebus temporalibus , supra quam Summus Pontifex nullã habet potestatem , quia potestas eius tantum extenditur, ad res supernaturales, & regimen animarum,inordine ad finenm supernaturalem.Ergo non potest aliquid statuere,circa regimen ciuile,& politicum: quia non videtur in illo àliquam habereIurisdictionem.Istæ enim duæsupremæ iurisdictiones,significatæ per duos gladios Diui Petri quando dixit *Ecce duo gladij hic sunt*, adeo interse diuersæ , vt neutra in alteram potestatem habeat.Ergo sicut Rex temporalis non potest circa spiritualia , leges condere, aut statuere , ex defectu iurisdictionis,ita nec spiritualis circa temporalia ; sed condere leges circa solutionem tributorum , siue expensarum , quæ fiunt in edificandis & reparandis muris , in edificandis & reparandis pontibus , esternendis vijs, & similibus pertinet ad Regem temporalem. Ergo Summus Pontifex non potest circa hoc leges condere , nec conditas reuocare , aut a nullare , ac per consequens, nec Ecclesias , nec Clericos eximere , ab eorum solutione.

Secundo,quia(vt ex suppra dictis constat)Ecclesiæ , & Clerici habent hanc exemptionem,& quamcunque aliam temporalem,à Regibus temporalibus, vt constat ex legibus á nobis supra adductis,tam pro nostra , quam opposita sententia.Ergo Summus Pontifex,non potest huiusmodi leges irritare,nec limitare ,nec contra illas aliquid statuere,ac per consequens,in cõtributione dictorum tributorum,standum est legibus temporalibus,&non decretis Summorum Pontificum.

Certe existimo hoc argumentum tantam vim inferre multis iuris peritis, vt licet illi fateri non audeant, cogantur tamen varias sententias tenere, circa leges & statuta Summorum Pontificum,quando contrariantur legibusRegum & Principum temporalium,existimantes,non posse Summum Pontifi-

cem predictas leges irritare, annullare, aut limitare. Ideo hoc argumentum eam disputationem postulabat. An Christus Dominus fuerit Rex tẽporalis habueritque regiam potestatem totius mundi, non solum in quantũ Deus, sed etiã in quantũ Homo & eam reliquerit Summis Pontificibus Petro, scilicet, & successorib⁹ eius. Ita quod Sũmus Põtifex Romanus, nõ solũ sit Sũmus Sacerdos, sed etiã Rex tẽporalis, habeatq. dominiũ etiã rerũ temporalium.

De qua re diuersæ sunt sentẽtiæ & opiniones, quas refert Robertus Belarmin⁹ li. 5. de potestate Põtificis tẽporali c. 1. quibusdã asserẽtibus iure diuino Sũmos Pontifices habere hanc potestatẽ, & dominiũ absolute, & simpliciter, quibusdã vero eã negãtibus, alijs, vero media via procedẽtib⁹, asserẽtib⁹q, Romanũ Põtificẽ talẽ habere potestatẽ, & dominiũ: non absolutè, sed in ordine ad finem spiritualem, scilicet, beatitudinem, & hoc iure diuino.

Sed quidquid sit de prima, & secũda opinione, de quibus nõ vacat ad presens disputare, tertia tñ est cõmunis opinio Theologorũ, q̃ apertissimè tenet Diuus Thomas 3. parte q. 59. ar. 4. in solut. ad 1, affirmans, Christo cõuenire iudiciariã potestatẽ, quæ sequitur regiã dignitatẽ. Christus autẽ quãuis esset Rex constitutus a Deo non tñ in terris, viuẽs terrenum regnũ tẽporaliter administrare voluit, & ideo Ioãnis 18. dixit *Regnum meum non est de hoc mundo.* Et idem opusculo de regimine Principũ li. 3. c. 10. & sequentibus vbi in d. c. 10. probat ex illo Mathei 28. *Data est mihi omnis potestas, in cælo, & in terra.* Ex quo constat quod Christus dominus secundũ humanã staturã nõ tãtũ habuit potestatẽ spiritualẽ, circa res spirituales, sed etiã dominiũ regale omniũ rerum temporaliũ, & ita Christus Dominus erat Rex & Sacerdos, vt Agustinus probat 17. de Ciuitate Dei c. 16. & 17. Vtrãq. autem potestatem reliquit Petro & successoribus eius, in sede Pontificali. Quod probat Diuus Thomas ex Matheo 16. cap. quando Christis Dominus dixit Petro. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edifficabo Ecclesiam meam, & tibi dabo cleues regni Cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis, & quodcunque solueris super terrẽ, erit solutũ & in cælis.* Vbi quatuor (inquit Diuus Thomas) ponuntur clausulæ, omnes significatiuæ, dominij Petri suorumq. successorũ super omnes fideles, & propter quas merito Sũmus Pontifex dici potest Rex, & Sacerdos. Si enim dominus noster Iesus Christus sic appellatur vt Agustinus probat 17. de ciuitate Dei, cap. citato; non videtur incongruũ, suũ sic vocare successorem circunscriptis rationibus, quæ possent adduci: *quia satis est clarum* inquit Diuus Thomas. Et explicans clausulas prædictæ auctoritatis, prima summitur ex nominis impositi magnitudine *Ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc Petram, edifficabo Ecclesiam meam.* In hoc enim nomine Petra. vt Agustinus & Hilarius exponũt Dominus potentiã Petri insinuat, quia à petra, quæ est Christus, Petrus est appellatus, vt secundum quãdam participationem nomen acquirat, & potestatem, & audire mereatur *& super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam* Quasi totum dominium inter fideles ex Petro. & eius successoribus dependeat.

Secunda clausula significat dominij fortitudinẽ, illis verbis. Et portæ inferi nõ preualebunt aduersus eã, Portæ autẽ inferi, sunt curiæ tiranorũ, & persecutorum Ecclesiæ, vt sacri Doctores ibi tradunt.

Lertia

Tertia significat dominij amplitudinem illa scilicet: *Et tibi dabo claues regni Cælorum*. in qua insinuatur, quod potestas Petri, & successorum eius, se extendat ad totam Ecclesiã, scilicet, militantẽ, & triumphantem, quæ per regnũ Cœlorum designantur, & quæ clauduntur clauibus Petri.

Quarta significat dominij plenitudinẽ, cũ dicitur, *Et quocunq. ligaueris super terrã* &c. Na cũ Sũmus Põtifex sit Caput, in corpore mystico, omniũ fidelium Cũ & a capite sit omnis motus, & sensus, in corpore vero, sic à Sũmo Põtifice in omnes fideles propter quod oportet dicere, á Sũmo Pontifice esse plenitudinẽ omniũ gratiarũ, quia ipse solus cõfert plenã indulgẽtiã omniũ peccatorũ vt cõpetat sibi quod de primo capite Christo Domino dicimus: *Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus*.

Quod si obijcias (inquit Diuus Thomas) prædicta õnia referri ad spiritalẽ potestatẽ, respõdet ille hoc esse nõ posse, quia corporale, & tẽporale, ex spirituali, & perpetuo depẽdet sicut corporis operatio, ex virtute animæ. Sicut ergo corpus per animã habet esse virtutẽ & operationẽ (vt patet ex verbis Philosophi, & Agustini de inmortalitate animæ) ita & tẽporalis iurisdictio, habet principium pet spiritualem Petri & sucessorũ eius.

Secũdo probat Diuus Thomas ex effectu Sũmorũ Põtificũ, quia Zacharias prædictã potestatẽ exercẽs Regẽ A Frãcorũ regno priuauit ab ipsoq. de poiuit & Innocẽti⁹ III. Ottoni 4. imperiũ abstulit. & Honorius B Innocẽtij, immediatus successor Federico etiã 2. regnũ abstulit. Sed de his multo plura exẽpla- & satis eruditè adducit Robertus Belarminius lib. citato c. 8. In his tñ omnibus (inquit Diuua Thomas) Põtifices nõ extẽderũt manũ, nisi ratione delicti, quia ad hoc ordinatur eorũ potestas, vt prosint gregi, propter quod merito Pastores appellãtur, quib⁹ vigilãtia incũbit ad subditorũ vtilitatẽ ideoq. Christus Dñus. Ioãnis 21. ter Petrũ interrogauit dicẽs, *Petrè amas me?* antequã eum Pastorem ouium costitueret, quasi in hoc consistat tota pastoralis cura, Præfectus videlicet gregis.

A hic rex fuit Childericus in cuius locum creauit Pipinum, patrem Caroli Magni cuius causa fuit q̃ propter ignauiam & socordiam Childerici & religioni & regno in Galia extrema, ruinam tuinere videbatur vt patet ex Zedri[illegible] Inuiralco [illegible] & Paulo diacono lib. 6. c. 5. de gestis Lõbardorum & Sancto Bonifacio Episcopo Moguntin Epist. ad Zacharia. B vt patet ex Blondo decade 2. li. 6.

Ex qua sentẽtia Diui Thomæ, quæ verissima est, satis cõstat, Sũmos Põtifices potestatẽ habere, rerũ tẽporaliũ, in ordine tñ ad gubernationẽ spiritualẽ esseq. Reges, & Sacerdotes potestate à Christo Dño deriuata. Legẽdus est Diuus Thomas, in capitibus sequẽtibus, vsq, ad finẽ eiusdẽ libri, nec nõ dictus Belarminus loco citato per totũ librũ, & Pater Xuarez 3. p. q. 22. disp. 48. lect. 2.

Sed ratione euidẽti hoc idẽ ꝓbatur, supponẽdo prius, duos esse fines creaturæ rationalis, alterũ tẽporalẽ, respectu regni tẽporalis, qui est finis naturalis, õniũ rerũ naturaliũ, & hic est bene viuere secundũ rectã rationem naturalem, alterũ super naturalẽ & spiritualẽ, qualis est beatitudo, quæ est cõsequtio Sũmi & vriusq. finis vltimus est ipsemet De⁹, in quãtũ est finis naturalis rerũ naturaliũ, & operationũ quæ ad ipsũ sic ordinãtur, & supernaturalis respectu creaturarũ rationaliũ, & intellectualiũ, in quãtũ ad beatitudinẽ ordinantur supernaturalem. Ex quo fit quod finis Regum, & regiminis regalis est finis naturalis, qui est Rempublicam in pace conseruare, malefactores punire, & virtuti deditos præmio afficere, omnes denique ordinare ad bene viuendum & secundum dictamen rectæ rationis naturalis. Quæ quidem gubernatio, non se extendit vltra limites, naturæ, nec attingit ad finem super na

 turalem

turalem, sed hoc pertinet ad Summum Pontificem ad quem expectat suas oues gubernare, dirigendo eas in finem super naturalem, qui est consequtio beatitudinis.

Quo supposito conficio argumentum, aut isti duo fines gubernationis, scilicet naturalis, & super naturalis, sunt inter se diuersi, & disparati ita quod neuter ad alterum ordinetur, aut sunt subordinati, ita quod vnus ad alterum ordinetur: non primum, quia vnus est finis omnium vltimus, respectu creaturæ rationalis, & intellectualis, scilicet, ipsemet Deus, ergo vnus debet esse finis vltimus immediatus, qui est eius consequtio, scilicet, beatitudo. Ergo secũdũ. Sed plus q̃ ab surdũ esset dicere ꝙ finis supernateralis ordinetur adna turalẽ. Ergo ẽ cõtra, naturalis ordinatur ad sup̃naturalẽ: sed ad SũmũPõtificẽ expectat potestas gubernandi oues in ordine ad finẽ super naturalem, ergo & disponẽdi de medijs ad talẽ finem. Probo cõsequentiam, quia in perfecta nimis est potestas quæ diriget ad consequtionem finis, & non posset ordinare media necessaria, siue conuenientia ad illum, sed bona tẽporalia quacunque illa sint, etiã potestas iurisdictionis temporalis, snnt media quæ conducunt ad vltimum finem (scilicet) beatitudinem. Ergo ad SummumPontificem, ad quem expectat dirigere, & gubernare ad talem finem, expectat etiam disponere de medijs, ad illum ordinatis, ac per consequens statuendi leges de temporalibus, prout ad illum finem ordinantur. Patet ergo quod potest ll. statuere de immunitate Eclesiarum, Clericorum, & personarum ecclesiasticarum, & omnia hæc eximere, a potestate laicorum, quorũ potestas tantum est temporalis.

Ommitto nunc disputationem, ne longius hæc protrahantur, an Clerici & ecclesiasticæ personæ, earumque bona exempta sint, iure diuino an positiuo; quia quamuis Doctor Medina tantum iure positiuo, exẽpta esse doceat, quest. 15. supra citata de restitutione, & obiter videatur idem asserere dicto loco supra citato: ego probabilius oppositum sentio, sed de hoc aliàs, quia quantum attinet ad han disputationem satis est, exemptos esse iure positiuo pontificio, ad hoc vt non teneantur soluere prædicta tributa.

Sed ad huc dificultas est, quia saltim opinio contraria est probabilis, vt constat ex predictis argumentis, pro ea factis nec non ex sententijs grauissimorum Auctorum, quos supra retulimus sed vnicuique licet sequi probabilem opinionem illique ad hærere ergo etiã laicis & potestabibus secularibus imponentibus talia tributa, ac per consequẽs nõ incurrent excõmunicationem.

Respondeo tamen, negando, probabilem esse opinionem oppositam, imo valde falsam. Probatur, quia ex sententia Aristotelis 1. Topicorum c. 1. probabilia sunt quæ probantur, aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, atque his vel omnibus, vel plurimis, vel his quorum expectata & perspecta sapientia est. Sed nullo istorum modorum prædicta opposita opinio est probabilis, ergo improbabilis, & primo non est probabilis, quia probentur ab omnibus, vt manifestum est ex prædictis, nec quia à plurimis quia pauci sunt qui eam deffendant, respectu eorum qui nostram sententiam tenent qui multo plures sunt vt ex prædictis etiam constat, constabitque discurrẽti per

omnes

omnes Auctores, qui de hac re scripserũt, nec etiã est probabilis, quia ꝓbe-
tur a sapiẽtib⁹, quorũ tres assignauit differẽtias Aristoteles, loco citato quia
vel ab omnibus, & hoc nõ, quia certũ est nõ omnes sapientes eã defendere
nec à plurimis, vt ex prædictis etiam cõstat, nec ab his quorum expectata, &
perspecta sapiãtia est, quia si discurramus per omnes Auctores, pro vtraque
opinionẽ supra citatis, inueniemus sapiẽtissimos esse probatæque sapientiæ
apud omnes, qui nostrã tenẽt sentẽtiã, quales sũt, inter iuriscõsultcs, Abbas
Panormitanus, Bartolus, Hostiensis, Nauarrus, Gregorius Lopez, & plures
alij quos suppra citaui. Inter Theologos, Diuus Thomas Gabriel pluresque
alios recẽtiores: de quibus omnibus certũ est expectatæ, perspectæq. esse sa
piẽtiæ. Qui vero oppositã tenẽt, nõ ita, primus enim refertur Lucas de Pẽna
quẽ sequntur reliqui recentiores, quos supra citaui, qui non adeo expecta-
tæ sapientiæ est, nec tantæ auctoritatis apud Canonistas.

Sed respõdebit aliquis, non esse probabilẽ oppositã sentẽtiã, propter auctori-
tatẽ eorũ, qui eã defendũt, sed propter auctoritatẽ legũ, quibus statuitur, si
ue in iure ciuili Imperatorũ, siue huius Regni, atque etiã propter vim, & effi
catiam rationũ quibus illi vtuntur.

Sed cõtra hoc argumẽtor 1. quia omnes prædictæ leges statutæ sunt ante pro-
mulgationẽ Bullæ Cœnæ Dñi factã a Sixto V. qua de inceps vtũtur omnes
successores eius: in qua prædicta omnia tributa prohibentur.

At dices nõ cõprehendi in prædicta bulla huiusmodi tributũ, de quo est quæ-
stio, sed alia plura quæ Clericis aut eorũ bonis imponi solẽt: quia nulla fuit
facta mentio de tributo quod *sissam* vocãt. Cõtra argumẽtor. Nã si attẽtè per
pendantur verba bullæ reperiemus aperte de omnibus esse sermonẽ, quia
dicit *Excõmunicatos esse eos, qui collectas, decimas, tallias, præstãtias, & alia onera Cle
ricis imposita* &c. In quibus verbis quãuis cõtineatur hoc tributũ nomine *Col
lectarum, decimarum, talliarum & præstatiarum*, quæ omne genus tributorũ vidẽ
tur cõprehẽdere, negari tñ nõ potest quod cõtineatur in illo verbo *alia one-
ra*, quo verbo voluit Sũmus Põtifex, omne genus tributorũ cõprehendere;
Omnia enim sunt *onera* Clericorum quibus imponũtur etiam sisa. Quis enim
negari potest onera esse non tantum quæ imponuntur Clericis, sed quæ lai
cis, etiam iustẽ imponuntur. Et ideo in Concilio Lateranensi supra citato in
c. *non minus* de immunitate Ecclesiarum vtitur verbo *releuandas laicorum vtili
tates vel necessitates* releuare autem tantum est eius quod est onus, quia non
est onus releuari quod non indiget.

Idem constat ex illo verbo: *diuersis etiam exquisitis modis exigunt* in quo, quis ne-
gare potest comprehendi omnem modum exigendi quod libet genus tribu
torum cum nullum sit qui vel communi vel aliquo exquisito modo exigatur
Ergo de omnibus sermo est.

Tum etiam quia in capitulis suppra citatis *non minus* & *aduersus* verba similia ex
presse habẽtur quia in c. *non minus* in principio loquitur de tributis quæ in di
uersis mundi partibus Consules Ciuitatum & Rectores & alij qui potestatẽ
habere videntur imponũt Ecclesijs ecclesiasticisq. personis quod in Regno
nostro Hispaniæ (vt in plurimum) est Sissa, & inferius loquens de eisdem tri-

 butis,

butis dicit. *Siue quidem fosata, siue expeditiones, siue alia quelibet sibi arbitrentur agenda de bonis Ecclesiarum volunt facere* &c. in quibus verbis omnia tributorum genera comprehenduntur. Quæ omnia de inceps prohibet sub anathematis pæna hoc enim significat illud verbum *fosata* quod eiusdem rationis est cum *sisa* de qua est nobis sermo & verbum alia quælibet omne etiam comprehendit cum sit signum distributiuum.

Item in c. *Quamquam* decensibus supra citato prohibetur a Clericis exigi pedagia vel guidagia contra communitates & collegia sub pæna interdicti Ergo eadem ratione prohibere intendit omnia quæ à prædictiscomunitatibus & Collegijs imponuntur.

Præterea in Concilio Prouintiali Coloniense c.20.de constitutionibus & consuetudinibus Ecclesiasticis supra adductum,dicit,quod immunitas Ecclesiastica in duobus consistit 1.vtClerici illorumque posessiones,& bona à vectigalibus& tributis alijsque muneribus laicis libera sint. Quib⁹ verbis negari non potest omne genus tributorum comprehendi nec vlla assignari potest ratio propter quam aliquod sit tributum quod in illis verbis non comprehẽdatur,cum omnia sint munera laica,nec negaripossit *sisam* esse tributum aut onus laicum Ergo aut omnia aut uullum ex vi verborum comprehendi debet,cum non sit maior ratio vnius quãalterius. Ergo tributum sisæ est contra immunitatem ecclesiasticam,ac per consequens prohibitum iure canonico,& ecclesiastico.

At dices omnia prædicta Iuris canonici statuta fuisse ante leges Partitarum nec non huius Regni & ante opiniones à nobis relatas pro opposita sententia & tamen, illis non obstantibus,statutæ sunt prædictæ leges Ergo valde probabile est quod qui eas statuerunt non intellexerunt prædicta capita de omnibus tributis cum asserant Clericos ecclesiasticasque personas tenerĩ ad solutionem tributorum quæ imponuntur ad reparandos muros conficiẽdas & reparandas pontes,fontes,&c.Sed hoc satis est ad existimandũ oppositam sententiam esse probabilem ergo.

Respondeo tamen,negando primam consequentiam,nec nõ secundam minorem,& consequentiam: quia,præterquam quod prædictæ leges statutæ fuerunt ante Bullam Cœnæ Domini, promulgatam a Sixto V. in qua (vt diximus)omne genus tributorum comprehenditur;omnes tamen intelligi debent seruato ordine iuris Canonici vt ex ipsis facile constare poterit attentè legenti & nos supra satis latè explicuimus, dum solueremus argumẽta cõtraria ex prædictis legibus de sumpta.

Tum,præterea,quia omnes prædictæ leges tam Partitarum,quam nouæ recopilationis hoc vtuntur præcipuo fundamento, eamque causam redunt vel quia sunt opera pietatis vt in leg. 54, Partitarum citata, vel quia edificatio, vel reparatio pontium, fontium, &c. eiusmodi sunt vt ab illis vtrique tam Clerici quam laici vtilitatem capiant vt in alijs legibus asseritur. Sed hæc ratio non probat Clericos ad id teneri, nisi in casibus à nobis supra explicatis & seruato ordine iuris etiam supra explicato quia

nec Cle-

nec Clerici tenentur ad omnia opera pietatis, nec vtilitatem esse communem clericis,& laicis sufficiens est vt adsoluenda prædicta tributa teneantur,nisi seruato ordine iuris supradicto:nam si hæc ratio sufficeret(vt supra diximus)ad omnia tributa tenerentur,cum omnia sint constituta, propter publicam vtilitatem tam Clericorum , quam laicorum. Quid enim vtilius omnibus his,quā guidagia,& pedagia? quæ statuta sunt propter securitatē viarum,& tn̄ ab his sunt immunes ex, c. *Quamquam* decensibus supracitato. Ergo de omnibus alijs eadem est ratio.

Sed tandem vltimo,argumentor & quæro si Summus Pontifex velet Clericos esse immunes ab omni genere tributorum etiam Sissæ, quæ imponitur ad reparandos muros pontes, & fontes & quibus alijs verbis vti posset quam quibus vtitur,scilicet, vniuersalibus,& distributiuis vt *alia quælibet alio quouismodo, alia munera alia onera* &c.Ergo dum his vtitur omnia comprehendere vult.

Sed respondebit aliquis ꝙ posset vti verbo significante *asissiū*,siue *Sissam*,quæ propter dictas causas imponitur.Hæc tamen solutio in sufficiens est,(ne dicam ri dicula)quia leges Summorum Pontificum de inmunitate Ecclesiarum & Clericorum a solutione tributorum,sunt vniuersales,ad vniuersam Ecclesiam Catholicam pertinentes. Quis autem asserat debere in illis sigilatim declarare omnia,& singula tributa,quæ imponuntur apud tot,adeoque diuersas nationes?deberet enim mētionē facere de omnibus quæ imponūtur in Hispania in Galia,Germania,Italia Anglia, &c. Quod nimis longū,& laboriosum,esset omninoque alienū ab ordine cōstituendi vniuersales leges imo & hoc facere, esset impossibile,quia temporis de cursu,diuersa imponuntur de nouo tributa: quorum notitiam nec habuit,nec habere potest Sūmus Pontifex,quādo dictas condidit leges & decreta de immunitate Ecclesiarū,&Clericorū: ideoque probaretur oportere Sūmos Pōtifices, pluries, & passim,nouas condere leges, sicut noua imponuntur tributa,in diuersis nationibus Ecclesiæ Catholicæ.

Sed obijciet aliquis: quamuis hæc omnia vera essent,consuetudine tn̄ approbata receptum est vt Regētes ciuitatis imponere posint,etiam Clericis huiusmodi tributū sissæ,precedente(vt semper præcedit) licentia regia,respectu laicorum:ergo saltim ratione eius,probabilis est opposita sententia.

Respondeo negando antecedens,& probo efficacissimis rationibus,quod nulla talis sit cōsuetudo.Primo quia vel sermo est de cōsuetudine generali in toto Regno,vel de peculiari huius ciuitatis,non primo , quia nulla talis apparet consuetudo,immo,vt in plurimum,in ciuitatibus,& locis vbi talis imponitur sissa soluunt Clericis,& restituunt pecunias illis ablatas in pondere & mensura carnium vini,&c.nec etiam huius ciuitatis quia nulla etiā apparet talis consuetudo,imo nec esset iusta,nec tolerabilis.

Sed Secūdo probo,quia statutū vel cōsuetudo laicorū etiā generalis, & honesta,nō ligat Ecclesias nec Clericos,vt optime tenet Rochus Curtius in tractatu de cōsuetudine,sect.8.n.54.vers.*breuiter* vbi multos adducit Auctores nō tm̄ eā asserētes,sed etiā affirmātes esse cōmunē opinionē q̄ etiā tenēt ōnes

moderui

moderni in c. *Ecclesiæ sanctæ Mariæ* de constitut supra citato cuius verba sic habent *Nos attendentes quod laicis etiam religiosis supra Ecclesijs & personis ecclesiasticis nulla sit atributa facultas &c.* Et statim per totum caput reprobat statutum laicorum, etiam factum in fauorem Ecclesiarum nisi ab Ecclesia, fuerit approbatum, & idem in capite finali de vita, & honestate Clericorum, in cuius fine manifeste supponitur Clericos nec statutis nec cõsuetudinibus patriæ, esse obligatos; & ratione manifesta probat, quia statuta, & consuetudines interpretantur, & intelliguntur secundum potestatem statuentium, & eorum qui introducunt cõsuetudinem *c. à nobis* & 1. de sententia ex cõmunicat sed laci non habent iurisdictionem in Clericos Ergo non possunt eos comprehendere eorum statuta, & consuetudines. Quã conclusionem ampliat dictus Rochus Curtius, multis ampliationibus, loco citato 1. quod extendatur ad Clericos non solum respectu personarum, sed respectu bonorum Ecclesiasticorum cuius ampliationis plures adducit Auctores nu. 55. sequenti.

Secundo ampliat, quod intelligatur non solum respectu bonorum Eclesiasticorum sed etiam respectu bonorum patrimonialium pro quo etiam plures adducitur Auctores & probant ex d. c. vltimo de vita, & honestate Clericorum

Tertio Probo Consuetudo non valet, nec tenet cõtra Ecclesiasticã libertatẽ nec in præiuditium Ecclesiæ vt, optime tenet idem Rochus Curtius in dicto tractatu de consuetudine, sectione 5. n. 2. conclus. 5. plures ad hoc idẽ adducens Auctores, qui omnes probant ex textu in c. 1. de consuetudine quod sic habet *consuetndines, quæ Ecclesijs grauamen inducere dignoscuntur nostra nos decet consideratione remittere.* Vbi idem tenet Abbas, & explicant inferius idem Rochus nu. 21. quæ dicatur consuetudo vel statutum contra libertatem Ecclesiæ, dicit quod primus modus est quando ex ea tolluntur, vel diminuũtur priuilegia concessa Ecclesijs, vel ecclesiasticis personis a Papa, vel a Principe. Ita Innocentius in c. *Nouerint* dé sententia excom. per textum in autentica cassa C. de sacrosanctis Ecclesijs. Sed sic est quod talis consuetudo de imponenda sisa Clerici, ingens præiuditiũ inferret Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, quia tollerentur & diminuerentur priuilegia illis concessa à Sũmo Pontifice in iure canonico, à nobis supra adducto, ergo non tenet.

Quarto, Consuetudo non potest induci à populo vel maiori eius parte in præiuditium singularium personarũ vel priuatarum, ita Rochus Curtius in dicto tatractatu de consuetuetudine, sect. 4. n. 59. nisi ipsi singulares, vel priuati, tacité, vel expresse consetiant: pro quo adducit Angelum in spetie hoc cõcludentem in cons. 63. incipiente: *Nobilis miles,* & in cons. 271. incipiente, *visis,* qui etiam adducit Innocentium in c. 1. de consuetudine columna 2. & ratio est manifesta, quia Populus, vel Respublica in tantum habet potestatem introducendi consuetudinem, in quantum habet condendi legem, cum quantum ad hoc eadem sit ratio vtriusque, sed non habet potestatem condendi legem in præiudicium singularum personarum, quia talis lex, nec esset rationabilis, nec iusta ergo nec introuducendi consuetudinem, sed sic est quod Clerici nunquam consenserunt in solutione dictæ sisæ, nec tacite, nec

expresse

expræsé sine licentia Summi Pontificis, aut Episcopi, in sensu supra explicato; ergo multominus habent potestatem laici, introducendi talem consuetudinem, contra Clericos.

Sed contra hoc obijciet aliquis, Regentes ciuitatis, vel maior pars eorum soli sufficiunt ad inducendã consuetudinem, vt tenet idem Rochus Curtius, loco paulo ante citato, numer. 60. pro quo adducit Bartholũ in l. *De quibus* in 4. questione principali, quem (vt ipse dicit) sequntur posteriores, per glosam in Rubrica c. *quæ sit longa consuetudo*, & per textum, in c. *in causis* ad finem de electione, inquo habetur, quod cũq, capitulum Ecclesiæ Tolosanæ compromisisset electionem Episcopi quinque ex canonicis eiusdẽ Capituli, & tres eorum conuenissent in eligendo, alijs duobus disentientibus, valuit eorum electio non obstante quod Capitulum postea compromissum reuocasset, quia non stante reintegra, non potuerant reuocare. Ergo eodem modo cum Regentes ciuitatis habeant potestatem a Rep. eam gubernandi, possunt consuetudinem inducere.

Respondeo verum esse, sed non contra Clericos, qui nõ sunt illis subditi, nec in præiuditium singularium personarum, ac pro inde multominus Clericorũ propter rationem iam dictam.

Quinto Consuetuo. nullam habet vim contraius canonicum, nisi sit rationabilis, & legittime præscripta, talis consuetudo, sed imponenda sissam Clericis est expressé contra ius canonicum. in c. *Non minus* & in c. *Aduersus* in bulla Cænæ Domini, & pluribus alijs capitulis á nobis supra ad ductis. Ergo nullam habet vim, nisi sit rationabilis, & legittimé præscripta. maior probatur ex Ecclesia Sutrina, de causa posess. & proprietatis & c. ad nostram audientiam, & c. *Cum dilectus* et c. vltimo de consuetudine. inquo expræsé habetur quod licet longeuæ consuetudinis non sit vilis auctoritas; non tamẽ est vsque a deo valitura, vt vel iuri positiuo debeat præjudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legittimè præscripta. Sed talis cõsuetudo de imponenda sissa Clericis, nec est rationabilis, nec legitimè præscripta, ergo nullam haberet vim etiam si esset introducta. Vtrunque probo, & 1. quod non sit rationabilis, quia eo ipso quod est contrajus canonicum, irrationabilis censetur, vt constat ex c. *Cum venerabilis* de consuetudine, vbi asseritur quod consuetudo quæ sacris canonibus est inimica, non tam consuetudo, quam corruptela merito sit censenda, & in c. *Ad nostram* eodem titulo vbi sic habet; *Nos igitur attendentes. quod consuetudo quæ canonicis obiat inistitutis, nullius debeat esse momenti &c.* ita etiam sentiunt Barbatius. 1. c. de consuetudine col. 14. & Aretinus in concilio 44. quod incipit. *In proposita consultatione*. sectione 2. numero 21. & 24 vbi a adducit etiam Abbatem, col. 3. in fine super cap. vltimum de consuetudine: quod intelligendum est, nisi sit immemorialis. aut legittime præscripta & ratione id probatur, quia ius canonicum est valdé conforme rationi, sicut omnis lex iusta, quæ ordinatio rationis est &c. Ergo consuetudo contra ius canonicum irrationabilis erit, & maximè in hoc casu, ex de fectu iurisdictionis imponẽdi sisam Clericis, & ecclesiasticis personis.

Quod vero talis consuetudo non possit esse præscripta, probatur, quia consuetudo præscripta in iure canonico, debet esse quadraginta annorum ad minus, vt patet ex c. *De quarta* de præscriptionibus, quod sic habet. *De quarta decimæ, & oblationes defunctorum Clericus ab impositione Episcopi quadragenaria præscriptione temporis se posse tueri, videtur, nisi forte interim pastoralis sedes caruisset pastore, qui iura Ecclesiæ suæ exigere debuisset: Nam Romana Ecclesia tricenalē præscriptionē cōtra Ecclesiarū nō admittit.* Et hinc est quod præscriptiones quæ non sunt quadraginta annorum, quando sunt contra ius canonicum, non habent vim, vt constat in c. *Cumana*, de electione & in c. *Non est* de consuetudine in 6. & in c. *Cum de beneficio de præbendis*, in 6. & in dicto c. *Ecclesia Sutrina*, de causa possesionis, & prop.

Et ideo, quotiescunque ius canonicum facit mentionem de cōsuetudine præscripta, debet intelligi de quadragenaria, etiā si nō sit contra ius canonicū, vt constat ex dic. c. *Cum de beneficio de preb.* in 6. vbi consuetudo quadragenaria approbatur, etiam si non sit contra ius conanicum, ita Rochus Curtius dicto tractatu de consuetudine, sectione. 3. nume. 4. sed sic est quod cōsuetudo, imponendi sisam Clericis, absque licentia Papæ, vel Episcopi non est quadragenaria ergo nec præscripta.

Quod si obijcias quod consuetudo, que est preter ius canonicum & non contra, inducitur tempore decem annorum vt tenet Abb. post glosam in c. fin. de consuetud. lib. 6. in verbo *Consuetudo*, vbi loquitur de consuetudine optandi, & Rochus sectione 3. numer. 28. fateor sed ex eodem Rocho ibidem, talis non dicitur præscripta de iure canonico; quia præscriptio talis requirit tempus quadraginta annorum, quod probat ex dict. c. de quarta.

Et idem docet de consuetudine, quæ de traheret iuri Clericorum in dicto tractatu sectione 3. numer. 33. *quia paria* (inquit) *sunt de trahere iuri Ecclesiæ. & iuri Clericorum vt Clericorum est*, quod probat, ex d. c. *de quarta*. & ex sententia Abbatis in d. c. *cum Ecclesia Sutrina*. de causa possesionis, & prop. & c. *cum dilectus* de consuetudine, & c. *Abbate* de verborum signif. & idem docet de consuetudine, quæ intro duceretur contra bona Clericorum patrimonialia, d. section. 3 num. 38. versu, & ita etiam mihi tenendum.

Sexto, argumentor quia ad hoc quod consuetudo præscribi posit, aut habere vim, requiritur scientia Principis saltim ea consuetudo de qua modo est sermo, sed non constat Summo Pontifici de prædicta imposit. sissarū. Ergo nec de illa potest esse consuetudo præscripta. Dixi, saltim in ea de qua est sermo, quia an requiratur in omni consuetudine, controuersia est inter Auctores, plures enim tenent non requiri, contra glosam in c; vltimo de consuetud. & in c; *frustra* 8. distinctione inter quos etiam est ipse Rochus, dicto tractatu, sectione 4. numer. 24 quorum fundamenrum est, quia præd. c. vltimum de consuetud. quando asserit consuetudinem nō habere vim cōtra ius positiuum, nisi sit rationabilis & præscripta, tantum voluit has duas conditiones, non autem scientiam Principis. Sufficit enim scientia, & cōsensus expræsus, vel tacitus eorum qui inducunt consuetudinem, quem probat esse necessarium, ex c. *Cum consuetudines*, de consuetud. vbi decernit Ho-

nit Honorius 39. quod Capitulum sine Episcopo statutã, seu constitutiones nouas facere vel antiquas immutare non potest. Dixi tamen esse necessariam scientiam Principis saltim in hac consuetudine de qua est sermo, quia prædicta opinio se ipsam limittat quod intelligatur quando lex siue canon non improbat consuetudinem quia tunc, requiritur scientia Principis. Ex quo sic argumentor: quia idem est canonem siue legem reprobare legẽ in contrarium statutam, & reprobare consuetudinem, quia consuetudo habet vim legis, post quam est præscripta, sed caput *Aduersus* de immunitate Ecclesiarum, reprobat omnes constitutiones, & sententias inanesque reputat á prædictis iudicibus statutas, ergo & etiam consuetudines, ac per cõsequẽs in hac requiritur scientia Principis.

Sed quid immoramur in argumentorum co aseruatio ne omnes tales consuetudines, etiam immemoriales, & præscriptæ reuocentur, & anullentur in Bulla Cœnæ Domini §. *Non obstantibus priuilegijs* verbo *Nec non consuetudinibus*, vbi sic habet: *Nec non consuetudinibus etiã immemorialibus, ac præscriptionibus quantumcunque longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel nõ scriptis, per quæ contra hos nostros processus ac sententias quo minus includantur in eis, se iuuare valeant, vel tueri.* Et § declarãtes verbo: *Qui etiam* vbi sic habet, *Qui etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos vel expræssos: at etiam per pacientiam, & tollerantiam nostram, vel successorum nostrorũ quanto cunque tempore continuatam, in præmissis omnibus, & singulis ac quibuscunque iuribus Sedis Apostolicæ ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ vndecunque & quandocũque quæsitis, vel quærendis nullatenus præiudicari posse aut debere.* Vbi notandæ sunt singula verba & præcipue illa: *Patientiam, & tollerantiam nostram vel successorum nostrorum, quocunque tempore continuatam* Ex quibus omnibus manifestissime constat nullam esse, nec vim habere quamcumque consuetudinẽ circa prædicta tributa.

Sed ne aliquid in tactum relinquamus, vltimo tandem argumentor etiam si consuetudo esset introducta a Rectoribus ciuitatis siue Magistratibus de imponenda sissa Clericis, nulla esset, imo iam esset a bolita. Ergo iam nõ extat. Antecedens probo, quia consuetudo non dum completa vnico actu contrario aufertur, & interrumpitur, ita Rochus in d. tract. sect. 4. numer. 66. vbi adducit Abb. & plures alios. Ergo consuetudo introducta a Rectoribus ciuitatis, & non dum completa, per vnicum actum eorũdem interrumpitur sed hunc actum contrarium habuerunt rectores huius ciuitatis, tempore Dñi D. SANCTII DAVILA prædecessoris nostri, cũ restituerint Clericis sexcẽtos aureos de pecunijs illis subtractis, in pondere & mensura carnium & aliarum rerum, propter impositionem sissæ, ergo iam est interrupta. Minor constat ex communi omnium consensu.

Si vero cõsuetudo iam sit completa, hoc est, trans cursu temporis sufficientis ad præscriptionem, quamuis probabilius sit quod non interrumpitur vno actu contrario sed per contrariam consuetudinem, hoc tamen non procedit quando illi á qnibus introducta est consuetudo scienter, & collegialiter

faciunt vnum actum contrarium, quia in eo casu, vnico etiam actu contrario, tollitur, etiam consuetudo completa. Ita Rochus Curtjus loco citato num, 80. vbi plures adducit Auctores hoc affirmantes, & ratio est manifesta, quia tunc vnico actu contrario explicant & declarant consensum, quo volunt non valere consuetudinem á se introductam, & per easdem causas per quas res nascitur, per easdem dissoluitur: sicut si Rex vnico actu declararet non valere legem á se institutam, eo ipso cesaret lex sed Rectores siue Magistratus huius ciuitatis prædicto actu soluendi sexcentos aureos, simul & collegialiter fecerunt illum actum, ergo consuetudinem abrrogarunt, etiamsi esset præscripta, acper consequens nulla extat iam consuetudo. legēdus est Pater Ioannes Azor lib. 5. institutionum moralium c. 17. 18. 19. qui de consuetudine inter reliquos summistas, & Theologos, latius disputauit.

Constat ergo, oppositam opinionem, nec esse probabilem quia probetur ab omnibus nec àplurimis, nec á sapientibus qui ab his nec ab omnibus, nec a plurimis, nec ab his quorum expectata, & perspecta sapientia est, nec propter auctoritatem legum, nec rationum quibus leges vtuntur nec etiam illarū quibus vtuntur Auctores oppositæ sententiæ, cum omnes facile soluātur vt supra vidimus, & cum pro nostra sententia sint adeo efficaces ex iure canonico & decretis Summorum Pontificum de sumptæ, vt nullam videantur congruam habere solutionem, sequitur oppositam sententiam, nullo modo probabilem esse; tum etiam quia asserere eā probabilem cederet in magnum detrimentum immunitatis Ecclesiasticæ, esset enim aperire viam antequā præbere laicis ad imponēdū q̄ plurima tributa Clericis, & Ecclesiasticis personis, sub nomin & ratione sissæ a quibus difficiliter tueri possent etiā argum. idē: & hocprobatur ex sententia eiusdē Aristotelis loco citato asserētis illud esseimprobabile, ex quo plura incōueniētia sequūtur.

Tdāē vltimo assero Episcopos teneri sub mortali ad promulgandas censuras contra laicos prædicta tributa imponentes Clericis aut Ecclesiasticis personis vt constat apertè ex Clementina præsenti constitutione *Iubemus*, decen sibus, & exactionibus tit. 13. a nobis supra adducta vbi hoc satis constat.

LAVS DEO.

